Vascrignus filius Buscaroli de Iseo juramento testificatus est 50 annos vel plus quod vidit patrem suum tenentem Curtem de Ise per q. Epum Raimundum et ex ea fuisse Gastaldionem per viginti annos et plus per ipsum Episcopum . . . . . similiter ipsum Maifredum quem ipse et in vita utriusque tenuit ipsam Curtem per 50 annos et plus et in ea fuit Gastaldius et dicit se scire et vidisse quod quandoque intrabat Gastaldium semper dabat Advocatorum vel eorum Misso viginti soldos Imp. pro Invest. Gastaldiæ, et tres soldos annuatim pro Amasseno. Item dicit se in vita *duorum eorum* Episcoporum vidisse Brusca . . . . . um patrem suum tenentem et procurantem quando Curiam Bagnoli et quandoque Curiam *Civitati* et quandoque illam de *Mu* cum Comolo fratre suo et ex eis Gastaldionem esse dicit quod videbat eam reddere Advocatis pro qualibet eorum sicut prorsus reddebat de illa Ise vel eorum Nuntio. Item dicit se per multas vices ivisse et equitasse cum ipso Maifredo et cum Episcopo Raymundo per Curias episcopatus, et aliquando veniebat dictus Boniprandus Advocatorum, et aliquando D. Apposatius cum ipsis Episcopis et multoties vidit quod quando Gastaldi intrabant *Gastaldiæ Curtis Gavardi*, et *Curtis Materni* et illius de *Tuscolani*, quod dabant Advocatis vel eorum Nuntio viginti sold. Imp. in omni Natali pro *Amas-*

*seno* ex qualibet ipsarum Curtium, et quod vidit facere quædam *turtam* pro Curia *Gavardi*, et Maternum de Materno pro Curte Materni, sed illud qui faciebat pro Curte *Tusculani* non memoratur.

D. Iacobus Brixiensis Archidiaconus juramento testificatur quindecim annos esse et plus ut sibi videtur de tempore quod Dnus Epus Ioannes prædecessor istius Episcopi locavit sibi Curtem *Pisonearum* simul cum *Gratacasolum* nominatim pro triginta duabus libris imperialium per annum et dicit se eam tenuisse per tres annos et illo tempore dicit Dnus Apposatius et quosdam alius de domo sua petisse sibi soldos viginti Imp. pro introitu Gastaldiæ et tres soldos Imp. pro apporto et ipse testes dicebat quod eos non dant nisi hoc facient de voluntate, et consensu Episcopi, tandem ductus ante presentiam Episcopi habuit mandatum et licentiam eos dandi Advocatis ipso Episcopo confitente eos ita debere avere, et sic solvit de primo anno, nec sit quod postea solvisset nec pro Investitura nec pro Amesceno; de facto aliarum Curtium Episcopatus dicit se nescire nisi tantum quod audivit pluries Advocatos dicere se habere debere specialiter in Curte de *Mu* viginti soldos Imp. annuatim et totidem de illa de *Cem* et de omnibus aliis Curtibus pro investitura totidem et quosdam alios sepe et sepius dicere audivit, sed aliter veritatem nescit.

D. Oprandus de Canevarijs de Bagnolo qui est plebis illius loci juramento testificatur se testem et . . . Olfinum Luccam, et dnum Octavium de Bagnolo tempore q. dni Raimundi Brixiensis Episcopi tenuisse Curtem Bagnoli per eundem Epum . . . . . per tres annos, et collegisse per illud tempus universos redditus illius Curtis, atque habuisse et omnia facta Curtis tractasse, et circa triginta anni sunt, et eo tempore dicit se et socios quadam vice Brixiam venisse, et cum essent in *contrata S. Benedicti* et irent inde per stratam dicit ipsum Arnulfum tunc dixisse contra se et socios quod dnum Boniprandus Advocatus conquestus erat de se, et sociis, et quod necesse erat eos ire usque ad domum suam ad inveniendam veritatem de ejus querela et sic ceperunt ire. Cum fuissent iuxta domum dni Boniprandi in Curte ejus, dicit se audisse quod Arnulfus

eum vocavit, ut de domo descenderet, et statim ipse d. Boniprandus descendit, et ad eos venit, cui ipse Arnulphus cepit dicere quid est in causa quod nos conqueremini de . . . . . quid vobis debemus aut quo tenemur? et ipse dnus Bonimprandus discedens dixit. Ego conquestus sum de vobis de viginti soldis Mediolanensibus quos mihi debetis pro cautione mea pro Investitura Gastaldiæ et de tribus soldis Mediolanensibus quos annuatim mihi debetis pro *Amisseno* et tunc Arnulphus respondit. domine, ne habeatis pro malo nos volumus vobiscum concordare, nos hic aliquos denarios non habemus, et dixit et confessus fuit quod ipse d. Bonimprandus eos debeat habere et sic petitus termin. ipsi dni de ipsis denariis, et ipse dedit, sed nescit quantum, et dicit quod ipse Arnulphus in concordia sui testis et alterius sociis venit . . . . Brixiam et invenit illos denarios, et pro majori parte dedit d. Boniprando secundum quod . . . . . sibi testis et socio et quod bene concordatus erat cum ipso Advocato, et dicit se nescire si fama sit in illa terra Advocatis solitos esse habere predictos denarios de illa Curte, et dicit quod non fuerunt appellati in illis tribus annis quibus tenuerunt ipsam Curtem ab Advocatis, . . . . . tunc quod d. Boniprandus dedit eis terminum. De facto equi Episcopi quando venit a consecratione *ut supra* Advocati dicebant nil . . . . . scire.

Lanfrancus, de Viso de Bagnolo juramento testificatur ab introitu istius Quadragesime vel infra se audisse predictum dnum Oprandum de Canevariis qui superius testificatus est cum filio quod socii sui qui fuerunt secum in Gastaldia Curtis Bagnoli tempore Epi Raimundi solverunt Advocatorum viginti solidos Mediolanenses pro investitura Gastaldie et tres solidos in alia parte sed nescit de qua re.

Bubulcus de Mol . . . . juramento testificatur se per multas vices audivisse quod Advocati consueverunt habere equum quam Epi Brixienses equitabant quando veniunt a consecratione sua et quod eorum ratio est debere habere equum illius, tamen dicit se nescire ut predicti Advocati aliquo tempore habuissent illum equum vel non, quod recordetur se vidisse quadam vice Dominum Boniprandum Advocatum qui adexte-

rabat quidam Brixiensem Episcopum per stratam usque per medium *Metalum* sed nescit unde venerit tunc ille Episcopus non recordatur de illius Episcopi nomine, et nescit quod dnus Boniprandus tunc habuisset equum illius Episcopi.

Marcilius Sentarius iuramento testificatur se habere auditum multoties a quadraginta annis infra quod Advocati soliti sunt habere equum Episcopi Brixiæ tempore quo venit a consecratione, sed tamen dicit quod . . . . vidit eos habens . . . .

Actum est hoc in Palatio lignorum comunis Brixiæ die Martis sexto intrante . . . . anno Domini Millesimo ducentesimo sexto Indictione nona. Interfuere Dnus Paganus *Luciatis* Brixiæ Potestas, dnus *Ilcataldus* de Muscolinis, dnus Io. de Ludrino, dnus Brucagninus de Grumetello et Bonifatius testes rogati [1].

## CCXXXIX.

( Anno 1206 )

### Cremona, Brescia, Bergamo e Parma.

Inedito [2].

Loro società, risultante da un giuramento del podestà e del consiglio di Brescia.

. . . . . .

infra octo dies ex quo petitum fuerit per rectores cremone vel per eorum nuntios vel suis litteris sigillatis salvo cambio sine fraude pro eis qui essent capti . . . . . Et hec attendam et observabo usque ad nonum diem intrante decembre proximo et ab illo die usque ad decem et novem annos completos hoc acto quod . . . . . et tempore potestas seu consules

1. Più cose ci apprende il processo. Vediamo gli Avogadri scudieri del vescovo Giovanni ricevere dalle gastaldie delle curie episcopali di Cemo, di Mù, di Cividate, di Pisogne, d'Iseo, di Bagnolo, Vobarno, Sabbio, Gavardo, Toscolano, Maderno, una quota feudale che loro apparteneva quali scudieri della Curia. Notevole poi anche ci parve la descrizione dell'ingresso d'altro vescovo Giovanni (l'anteriore al sudd.), in cui l'Aposazio degli Avogadri *in pellicia vagrina* teneva le briglie del cavallo del prelato fino a s. Pietro, comperato poi dall'Avogadro per 4 lire imp. Apprendiamo ancora siccome Iseo, Cividate, Bagnolo e l'altre soprascritte fossero corti episc. già dal 1170, cioè da' tempi del vesc. Raimondo. E la carta nel suo complesso dà un concetto della vastità dei feudi episcopali di Brescia. Storie Bresciane, tomo V, pag. 261.

2. Arch. Secr. di Crem. K, 21. Alberto de Musso fu podestà nel 1206.

comunis brixie qui nunc sunt vel pro tempore erunt debent jurare hec omnia et facere jurare consules vel potestates comunis Brixie qui pro tempore erunt ante eorum exitum hec omnia attendere et observare et singulis qninqueniis hec sacramenta debent renovari . . . . . ca unum mensem ex quo requisitum fuerit per rectores cremone vel eorum nuntium. Et in constituto comunis civitatis brixie ponent hec omnia debe . . . . . fieri et jurari . . . . . ab omnibus hominibus civitatis et districtus brixie ad quindecim annis supra et a septuaginta annis infra. nec de ipso constituto deb . . . . . Et hec omnia observabo salvis sacramentis concordie Pergamensium Papiensium et Parmensium et salvis sacramentis factis Comitibus Curtis nove . . . . . tis nove. Et hec sacramenta salventur eo intellectu quod quando cremonenses ut dictum est poterent brixiensium ut pro predictis terris rec . . . . . manutenendis stent ad suum servitium quod non debeat obesse huic concordie et sacramento si pergamenses aut papienses aut parmenses aut com*enses?* . . . . . nove ea vice dicerent quod brixienses non irent ad servitium cremonensium vel quod vellent eos ad aliam partem ducere pro suo servitio faciendo. hoc acto si papienses et pergamenses steterint ad societatem et amorem cremone et brixie quod sint excepta et salvata eorum sacramenta ut supra. Alioquin non sint exceptata. Et si aliquid fuerit additum vel minutum seu mutatum in concordio rectorum et consulorum sonatorum ad campanam cremone scilicet et brixie illud attendam et observabo nec aliter aliquid addi vel minui vel mutari possit absque comuni conscilio ipsarum civitatum ad campanam sonato. Ibique dominus *Albertus de Musso de Bononia* potestas brixie pro comuni et nomine comunis brixie iuravit ad sancta dei evangelia attendere et observare et facere in omnibus et per omnia sicut superius scriptum est et ordinatum. et addidit quod usque ad festum omnium sanctorum proximum faciet iurare hoc sacramentum omnes homines civitatis et episcopatus et districtus brixie a quindecim annis supra et a septuaginta annis infra vel ad alios terminos sibi mutatos a infrascripto potestate cremone vel eius nuntio sine fraude: Et de credentia vero eiusdem civi-

tatis brixie iuraverunt eundem sacramentum *Episcopus de Salis*. Pattonus de carza. Vilius fulconus. Bellottus de cigamiga. Iohannes de salero. Iacobus de nuce. Oritius ocanonus. Gaforus de cazago. Redulfus de petro de virola. Anselmus de silva. Tolominus de lizocco. Tomasius de palazo. Acerbinus de nuce. Venturinus johannis de oddi. Petrus de bulgaris. Bonapax leccapistus. Stephanus de calcaria. Marchisius de capriano causidicus. Bonusdies de daibertis. Stephanus bocardus. Obertus de manegoldo. Iacobus de Cazago. Gratiadeus calamarius. Carnevalus spatarius. Redulfus de salis. Wuidottus de porta. Albertus gratacelus. Manfredus ocanonus. Serrinus de bornatho. Girardus de castellano. Garbagninus. Accatatius de capitepontis. Benvegnutus de bellino. Gaforus sedhezia. Girardus de castello. Jacobus de ruccii. Gratiadeus ocanonus. Umbertus fugacius. Ubertinus framoxinus. henrighinus de mercato. Ravacena. Oddo de oco. Lanfrancus faba. Oprandus de Aimonibus. Niger bocardus. Armannus de oriana. Milo de martinengo. Berardus de moresco. Marchisius ocanonus. Iohannes de terenzano. Bonacursus de domna ceruta. Iohannes bocardus. Martinus de domino obizone de Ugonibus. Albertus de paterno. Iohannes de cazago. Ricerius de capriolo. Johannes ardenghi. Zaghinus de pontecarale. Gratiadeus de domino lugaro. Iohannes de baiamonte. Wilielmus domini Ugonis de pallazo, Obizo de Ugonibus. Tetocius de manegoldo. Albertus golta. Milo grassus. Petrus ocanonus. Iohanninus gorzonus de mairano. Lanfrancus de rozonibus. Taxonus causidicus. Lanfrancus de benis. hetturardus de guxago. Iohannes de muro. Bonfadhus de porta. Stephanus de cazago. Bartholomeus macho. Ubaldus de breno. Michael tabernarius. Azo de Plevethiciis. Iacobus oculus bovis. Wizemanus de puteo. Iohannes de pataro. Egidius de Ugonibus. Brexanus lionus. Delagithus iudex. lanfrancus bodhera. Alghisius de pallazo. Albriginus de capriano. Bonacursus de calcinato. Martinus sagittadeus. Deghelsalvus notarius. lanfrancus de remolinis. Castellanus. Petraccius de nuce. Milo de domino Alberto. Berardus madius. fredericus pasturellus. Iohannes de torbiato. Walcerius de calcaria. Balduinus de Salodo. Bergomascus de porta. Petracius de capriolo. Tropinus de capriano.

Patrigus homezolus. Boxadrus de pontecarale. Ugo de lavellolongo. Giroldus de pontecarale. Petrus de petenalupo. Vittus de casalolto. lanfrancus de pataro. Obizo de maiavacca. Gaitaninus. Montenarius de manno. Oddolinus de foro. Osbertus de malagno. Oldeprandus de mercato. Wido siccasol. Bellebonus cagnolus. Ugucionus rozonus. Gratiadeus de buracco. Egidius de cazago. Egidius de guxago. Petrus de beldecaro. Bonacursus de capite pontis. Uguccionus de bassaguerra. Iohannes de affricano. Iohannes de crema. Girardus bruxatus. Girardus oddonus. Vigo de pontecarali. Azo confanonerius. Widottus de mercato. Ainathus cigala. Albertus bruxathus. Anselmus oculus bovis. Bonacursus de tangetino. Lodherengus Oddo pappa. Lanfrancus testa. Raimondus de Ugonibus. Petrus manducasinus. Milo de griffo. Obizo macho. Novellus de mercato. Balduinus de calabria. Iohannes faba. Lanfrancus de salis. Albertus ranza. Conradus de guxago. Ugucionus de aimonibus. Otto de moresco. Ranzerius de porta. Petrus de calcaria. Albertus de Concisio. Marius de palazo. Lanfrancus marsinus. Girardus de bocio. Wllielmus de Ugonibus. Iordanus portilis. Otto de rozonibus. Petrus de oculo. Conradus de bagnolo. Ranbaldus de Ugonibus. Albertus bailus. Ribabous mediolanensis. Wilielmus de tabernariis. Bursa de colio. Omnes suprascripti juraverunt et fecerunt suprascriptum sacramentum in prefata credentia brixie sonata et collecta ad campanam. Et postea vero eundem sacramentum juraverunt et fecerunt omnes infrascripti homines. Videlicet Manfredus de buzolano. Enverardus de salis. Bernardus de largon. Danisius de prandonibus. Albertus de rodengo. Lanfrancus de porta. Gaierius. Albertus belfantus. Iacobus siccasol. Bozolinus. florius de lavello longo. Petrus confanonerius. Lanfrancus de basso. hemanuel de concisio. Gotofredus de domino mario. Iacobus domini ribaldi de salis. Mandugasinus. Lanfrancus de pelegrina. Petrus gogus. Cremascus. Pisanus de prandonibus. Iacobus de puteo. Martinus de quinzano. henricus panpurius. Iacobus domini jacobi de palazo. lanfrancus de lodrino. Bonacursus de cazago. Venturinus de tosina. Redulfus de bornatho. Ugo domini milonis de griffo. Girardus scotatus. Iohannes de porta. Rascazus de concesio. Benedictus de callino.

Wilielmus filius ejus. Stephanus affricanus. Carnevalus caput ferri. Sagibenus de capriano. Blanchinardus. Lanfrancus de tonso. Rogerius de porta. Ogerius soleincatena. Rubeus de bellino. Pellipatrius de avianis. Anselmus de cruce. Albertus de roberto. Albertus de Pratoalbuino. Lanfrancus de cazago. Iohannes gezonis. Giroldus de zuppa. Iohannes de domina dulce. Bonapax johannis odde. Lanfrancus de osmerino. Teutaldus de cazago. Aimericus de monteclaro. Anselmus de porta. Ugo de martinengo. Ventura beccarius. Bartholomeus vida. florianus de terfolio. Martinus pellati de pontecarali. Iohannes de populo. Goizus de gambara. Raimondinus de salis. Cesar de rozonibus. Albertus de gambara. Girardus de cruce. Obizo bellotti. Iohannes de gabiana. Iacobus de rophino. Walacinus stopellus. Sustus de gambara. Branca de gambara. Otto alamannus de gambara. Giroldus de malsperono. Mussus de palazo. Lanfrancus de porticu. Robertus de osmerino. *Comes Naristus*. Comes pizus. Comes Wizolus. Iacomus confanonerius. Ardicionus de pontecarale. Iohannes de cazago. Bonincontrus de cavriolo. Oprandus de sancto gervasio. *Comes Azo*. et Comes *albertus de casalotto*. Bonefacius de domina ceruta. Algisius de torbiato. Lanfrancus de domino arcatore de bugizolo. atque Attolinus de torbiato.

Ego Otto notarius sacri pallatii omnibus suprascriptis interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

## CCXL.

(Anno 1207 — 12 e 15 febbraio)

### La promessa obbligata.

Inedito 1.

Due Bresciani promettono che il comune di Brescia si terrà dalla lega di Milano.

Anno ab incarnatione domini nostri Ieshu Christi Millesimo ducentesimo septimo Indictione undecima in coro sancte Marie ecclesie de Brixia. die martis duodecimo intrante februario in presentia domini *Guidonis Lupi* tunc potestastis brixie et do-

1. Arch. Secr. di Crem. D, 11. — Storie Bresciane, t. V, pag. 262.

minorum Iohannis et fulci judicum ipsius potestatis rogatorum testium. domini Obizo Ugonus et Inverardus de Guxago de brixia quisque eorum in solidum obligando omnia sua bona pignori et renuntiando auxilio nove constitutionis et omnia alia iura promisere sub pena centum librarum imperialium Manuelo filio domini Mathei falconerii interroganti nomine comunis Cremone et pro comune Cremone quod facient ita *quod comunis brixie non asociabit se cum comune mediolani*, et quod non erit secum in societate et quod non aligabit se aliquo modo cum comune mediolani usque ad annum novum nisi parabola potestatis Cremone data in consilio Cremone per campanam pulsato et quod bona fide facient quod nullus homo brixie iurabit de aliqua societate cum comune Mediolani et quod potestas mediolani et ambaxatores qui cum eo sic recedent ad presens vel qui cui potuerint a brixia. Et suprascripti Obizo et Inverardus constituerunt se de suprascripto pignore pro suprascripto Emanueli nomine comunis Cremone et pro comuni possidere. Et iuraverunt per sancta dei evangelia omnia predicta attendere et observare. Ea propter suprascriptus Manuelus nomine comunis Cremone iuravit per sancta dei evangelia quod solvet vel solvere faciet suprascriptis Obizoni et Inverardo quinquaginta libras ad rationem imperialium ad octo dies proximos.

Ego Nicolaus sacri palatii Notarius interfui et hanc Cartam rogatus scripsi.

Anno ab incarnatione domini nostri Ieshu Christi Millesimo ducentesimo septimo indictione undecima. in camera lobie. quadre domini episcopi de brixia. In presentia domni Guidonis Lupi marchionis dominorum Iohannis de bajamonte et fulchi de fabris et Wilielmi talamatiis et Osberti de la botra et Andree de zovengis de Cremona testium. Manuellus filius domini Mathei falconerii solvit ed dedit quinquaginta libras ad rationem imperialium vice et nomine comunis Cremone dominis Obizoni de Ugonum Ivrardo de Guxago ibi presentibus. qui vero domini et Inverardus ibi ipsos denarios dixerunt de eis quinquaginta libris se bene esse soluti ab ipso Manuelo

pro suprascripto comune Cremone confessi fuerunt renuntiando exceptioni non numerate pecunie et sic date. Actum est hoc die veneris sexto quartodecimo exeunte februario.

Ego Nicolaus sacri palatii Notarius interfui et hanc Cartam rogatus scripsi.

## CCXLI.

(An. 1207 — 26 ottobre)

### Le due Società.

Inedito 1.

I consoli del Comune e della Società dei Casaloldi fanno pace colla Società e fazione dei militi di Leno.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo septimo, Indictione undecima, die sabati quinto exeunte octubri, in . . . . brixie: in publica concione, præsentia dominorum Wuidonis lupi marchionis et oddonis de comite et johannis de . . . . . et poncii de pianis et Roghleri biaque et lombardi guazonis et Morini de bellottis et oddonis de persico et oldofredi adu . . . . . et gabrielis de ardengis et Rognerii de riparolo et jacopi de curtis et tetoldi de tetaldis et petri busii et nicole roddharii testium rogatorum . . . . . domini *Iacomus Confanonerius et Girardus de Bagnolo et Milus de Gripho* consules comunis brixie suo nomine et nomine totius sue partis et sue societatis . . . . . et berufaldus filius suprascripti mili de gripho et lanfranchus de porta et Rizerus de cabriolo et Girardus de carnevalibus et albertus de lavellolongo consules . . . . . societatis ex una parte pro se et tota sua parte et pro omnibus qui adhesunt sue societati seu parti. Et ex altera parte *albertus de conceso* et . . . . . *bruxatus consules comunis brixie* et eorum qui intraverunt locum leonensem et marius de palazo et lanfrancus boccabarla de sale procuratores mil . . . . . Lene pro se et tota sua parte et suo nomine et nomine eorum qui erant de sua parte et sua societate et pro omnibus qui adheserant sue parti seu socie-

1. Arch. Secr. di Crem. D, 32. — Storie Bresciane, t. V, pag. 265.

tati . . . . vicissim inter se fecerunt pacem et finem et reffutationem de omnibus offensis et damnis et maleficiis qui inter eos et su . . . . . et vicissim inter se remiserunt omnem offensam et indignationem et hanc pacem et finem et reffutationem et remissionem in . . . . . vicissim inter se quelibet pars pro se in suo nomine et nomine eorum omnium qui erant de partibus eorum et qui adheserant partibus eorum scilicet . . . . . *nerius et girardus de bagnolo et millus de gripho consules comunis brixie* qui remanserant in civitate cum societate et parte sua et infrascripti berufald . . . . . de porta et Rizerius de cabriolo et girardus de carnevalibus et albertus de lavellolongo consules *societatis que dicitur domini Iacomi* et qui remans . . . . . in civitate pro se et tota sua societate et pro omnibus qui adheserant partibus eorum et albertus bruxatus et albertus de conceso et consules comunis brixie eorum qui intraverunt locum leonensem et lanfrancus boccabarla et marius de palazo procuratores milicie leonensis . . . . . ceperunt predicto modo predictam pacem et predictas fines et remissionem infrascriptam suo nomine et nomine eorum omnium qui adheserant sue parti et eodem modo fecerunt pacem et fines et reffutationes suprascriptis Iacomo et milo et Girardo de bagnolo et suprascripti berufaldo et lanfranco de porta et Rizero et Girardo et alberto consulibus dicte societatis domini Iacomi recipientibus suo nomine et nomine eorum omnium qui adheserant sue parti et hec omnia facta fuerunt salvo quod obveniat in tregua de quibus nulla fiebat remissio et excepto quod super offensis et maleficiis preciperet comune Cremone et ad maiorem evidentiam et firmitatem suprascripte pacis suprascripti Iacomus et millus et Girardus de bagnolo et berufaldus et lanfrancus et Rizerius et Girardus et albertus consules sue societatis et suprascripti albertus de . . . . . et albertus bruxatus et suprascripti procuratores marius et lanfrancus vicissim inter se obsculo pacis dato et recepto firmaverunt dictam pacem et fi . . . . remissiones. Ibique etiam suprascripti consules et Iacomus et millus et girardus de bagnolo et berufaldus et lanfrancus de porta et Rizerius et albertus et Girardus consules societatis de civi-

tate et ex altera parte albertus bruxatus et albertus de conceso et suprascripti procuratores lanfrancus boccabarla et marius de palazo iuraverunt ad sancta dei evangelia corporaliter supra unum librum suprascriptam pacem et fines et remissionem firmas tenere et nullo modo contra venire et si scirent aliquis velle corumpere bona fide prohibebunt et si aliquis vel per aliquos frangeretur quod ipsi essent ei vel eis contrarii et quod bona fide dabunt operam quod tota sua pars teneatur suprascriptam et observent suprascriptam pacem et fines et remissiones. Et ad majorem firmitatem montenarius de nuvolino et degoldeus de grasso et johannes de tripholio et oddo advocatus et carnevalis de codeferro et tecoldus de moscholinis et anselmus de porta et federicus de porta et Gratiadeus de calchera et benvegnutus de domino Guala et lanfrancus doradonna et albertus baius et Iacomus de drozo et bonapax faba et marchisius de canono et ventura beccarius et ugozonus de rozonibus et martinus petenalupus ex una parte, et pelegrinus de mandugalaso et marchisius de gilotto et taxonus judex et bonacorsus de tanghitino et Gezus de torbiatho et bosius de sale et albertus pillattus et . . . . . birbixono et stephanus de glotto et maranta et lanfrancus de rozo et lanfrancus de lothrino et lanfrancus de tonso et martinus soletto ex . . . . . parte vicissim inter se fecerunt finem et reffutationem et pacem eodem modo et remissionem de omnibus offensis et maleficiis et dampnis inter se datis et factis et corporaliter ad sancta dei evangelia iuraverunt ut supradictum est attendere et observare suprascriptam pacem et fines et remissiones. his ita pactis *dominus albertus de dovaria* consul comunis cremone precepit ibi in publica concione domino *Widoni lupo potestati comunis* brixie per sacramentum quo obstrictus erat ut lamentationes eorum reciperet que in tregua dicentur se dampnum passos eosque condempnare ad satisfactionem qui treguam rupissent ad maiorem etiam cautelam precepit dictus dominus albertus consul comunis cremone utrique parti predictam pacem et fines et remissionem firmam in perpetuo tenere et observare et penam mille librarum imperialium imposuit illi parti que contra suprascriptam pacem

faceret seu pacem violaret et petiit eidem domino Wuidoni lupo ut predictam penam exigeret ab ea parte que pacem violaret.

Ego lanfrancus domini henrici imperatoris notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

## CCXLII.

( Anno 1208 — 22 aprile )

### La Palanca di Brescia, o la Società con Cremona.

Inedito 1.

Anno ab incarnatione domini nostri ieshu cristi Millesimo ducentesimo octavo Indictione undecima . . . . . bosumi ad *Palancam Brixie* die octavo exeunte Aprilis. Coram domino pagano de burgo et domino allegro mariano et domino grigorio de persico et domino henrico de tincto et domino Egidio de orscasale et Andrea Iove . . . . . testibus rogatis. Nec non presentia domini poncii pizeni et domini iohannis bonserii qui erant nuncii domini Asaviti sancti nazarii potestatis cremone ad recipienda infrascripta sacramenta eius vice pro communi cremone juraverunt ad sancta dei evangelia . . . . . Martinus et Grimerius filii domini boccaci de manervio in quodam brevi in quo sic continebatur Iuro . . . . . ad sancta dei evangelia quod attendam et observabo preceptum et precepta quod et que mihi fecerunt dominus Asavitus . . . . . cremone pro communi cremone vel per suos nuncios et quod faciam omnes secum . . . . . attendendis omnibus suis preceptis et quod faciam totam meam par . . . . . sicuti in carta concordia brixie et cremone continetur.

Nocte veniente dicti diei et coram dictis testibus . . . . . sunt in eodem breve ut dictum est et eodem modo.

Eadem nocte. In domo filiorum domini boccacii. Coram domino Grigorio de persico . . . . . et domino poncio pizeno et domino Johanne bonserio testibus rogatis . . . . . pax filiorum domini boccacii . . . . dictum breve et eodem modo.

1. Arch. Secr. di Crem. K, 55. — Storie Bresciane, t. V, pag. 268.

Postea vero die VII exeunte dicto mense aprilis. In domo bosumi *ad pallancam* (sic) Coram domino pagano de burgo et domino henrico de tincto et domino Nigro et domino egidio de orscasale. testes Obizo de ugonis et Inverardus de Guxago iuraverunt eodem modo in omnibus.

Eodem die VII exeunte aprile. coram domino Asavito potestate cremone et domino poncio et domino Nigro mariano et domino iohanne bonserio et domino pagano de burgo et egidio de orscasale. Testes Milus grassus de ugonis et iohannes de baiamonte juraverunt eodem modo ut dictum est, et hoc fuit in domo bosumi ad pallancam.

Postea die sexto exeunte aprile. In domo bosumi ad pallatam coram dicto domino Asavito et domino Wielmo eius milite et domino girardo de summo et domino lombardo guazono et domino Maltraversio et Anzelerio Oldoino et domino pagano de burgo et egidio de orscasale et Grigorio de persico. Testes Martinus et Grimerius filii domini boccacii iterum iuraverunt ut dictum est et Albertus de . . . . . Manuel de conciso et giroldus de sala et Opizo de ugonis et lodherengus de . . . Wielmus de sala juraverunt eodem modo ut dictum est.

Dicto die presencia eorundem testium Manzo de pontecarale et Oddo . . . . . .

Eodem die coram domino poncio et domino Nigro et domino Egidio . . . . . de bella. Rigerius de cavriolo et Jacomus de pontecarale.

Eodem die coram domino Asavito potestate Cremone et domino . . . . . Grigorio de persico et Nigro Mariano testes bertolinus . . . . . et Martinus pellati de pontecarale et girardus de bagnolo juraverunt eod . . . . . .

Eodem die coram domino henrico de tincto et Iohanne bonserio et Monaco de . . . . . Anzellerio Oldoino test. Stephanus de torbiato juraverunt eodem modo ut dictum est.

Eodem die coram dictis testibus Albertus domini feraguti et lafrancus ejus frater et Ug . . . . . desiderii et Gualzerius de pontecarale juraverunt eodem modo ut dictum est.

Eodem die coram domino pagano de burgo et domino egidio et domino Nigro et domino henrico . . . . . Grigorio

test. Vianisius de lavellolongo et lafrancus de sala et gustamonte . . . . . juraverunt eodem modo ut dictum est.

Die V exeunte Aprile. Coram domino egidio et domino grigorio et domino poncio test. Goizo de gambara juravit eodem modo ut dictum est.

Post omnia predicta die V exeunte aprile justa terciam Dominus Gubertus multid . . . . . nuncius a domino Asavito sancti nazarii potestate cremone ad hoc preceptum faciendum . . . . . ex parte domini Asaviti domino Izolino et Goizo de gambara et bo . . . . . de conciso et Manuello de conciso et Loderengo de martinengo . . . . . de torbiato et lafranco de sale et Grimerio domini Boccacii . . . . . et Obizo de ugonis et Inverardo de Guxago et Wuelmo de sala ut usque . . . . . pro se et omnibus aliis XII obsides potestatis cremone et non dederunt aliquem.

Coram domino Grigorio et domino henrico et domino egidio et domino Iohanne et domino Monaco testibus.

Ego Oldofredus notarius omnibus predictis interfui et scripsi.

## CCXLIII.

(Anno 1208 — 8 febbraio)

### Gli arcieri di Mantova.

Inedito 1.

Il console di Cremona scrive al podestà ed al consiglio mantovano perchè lo soccorrano di militi e di arcieri *(militibus et arcatoribus)* contro i Bresciani. Il *preceptum factum* del documento annuncia un patto stabilito cui fosse tenuto il comune di Brescia.

## CCXLIV.

(Anno 1208 — 28 ottobre)

### Mantova e Cremona giurano contro Brescia.

Inedito 2.

Anno ab incarnationi domini nostri Iehsu Christi. Millesimo ducentesimo octavo . Indictione duodecima . die mercurii tercio

1. Arch. Secr. di Cremona, H, 98. — Non ho avuto peranco il docum. — Storie Bresc. t. V, p. 269.

2. Archivio Secreto di Cremona, E, 21. — Storie Bresciane, t. V, pag. 269.

## CCXLVI.

(Anno 1209 — 20 agosto)

### L' assoluzione.

Inedito 1.

Cremona è assolta dalla scomunica incontrata per causa della Chiesa di Pontevico, diocesi bresciana.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nono indictione duodecima die veneris undecimo exeunte augusto. In chamera domini Guilielmi balbi archipresbiteri m. in presentia et testimonio bonisfilii clerici predicti archipresbiteri. et martinini *scutiferi suprascripti archipresbiteri.* magistri anselmi canonici ecclesie maioris cremone et Iacobi de canovariis. atque Johannis clerici archidiaconi m. testium rogatorum. dominus Guilielmus balbus archipresbiter m. absolvit Consules et consiliarios comunis cremone ab excomunicatione cui subposuerat eos pro causa quam archipresbiter et clerici de pontevico movent esse comuni cremone et absolvit civitatem cremone ab interdicto ab eo facto pro eadem causa.

Ego Albertus manarinus notarius sacri palacii interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nono indictione duodecima die veneris undecimo exeunte augusto. In chamera domini Guilielmi balbi archipresbiteri m. in presentia et testimonio bonisfilii clerici predicti archipresbiteri et Martinini scutiferi suprascripti archipresbiteri et Iacobi de canevariis atque Iohannis clerici archidiaconi m. testium rogatorum. Magister anselmus canonicus ecclesie maioris cremone dedit ibi in manu suprascripti domini archipresbiteri literas domini Innocentii pape et sigillo eius sigillatas in quibus literis sic continebatur. — Innocentius episcopus servus servorum

1. Archivio Secreto di Cremona, E, 14. — Storie Bresciane, t. V, pag. 272. — Non ho potuto avere la procura dei Consoli di Cremona citata a pag. 273, fatta in Alberto Manavino per questa lite di Pontevico; ond' io non posso recarvela come sperava.

dei filio abbati sancti petri in cellorio papiensi salutem et apostolicam benedictionem. Ne iusticiam alicuius cum alterius arguamur iniuria promovere causam quam archipresbiter et clerici *Pontisvici* brixiensis diocesis contra communitatem *Cremone* obtinuerunt archipresbitero mediolanensi comiti propter graves inimicicias que peccatis exigentibus dinoscuntur inter civitates utrorumque vigere ab ipsius duximus examine esse vocandam, eamque tuo iudicio comittentes per apostolica tibi scripta mandamus quatenus partibus convocatis et auditis hinc inde ppositis quod iustum fuerit appellacione remota decernas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. testes autem qui fuerint nominati se se gratia odio vel timore subtraxerint per censuram eandem appellacione cessante conpellas veritati testimonium peribere. Nullis literis veritatis et iusticie preiudicantibus a sede apostolica impetratis. Dat. ferentini XVII Kal. octubris pontificatus nostri anno undecimo. Et ibi suprascriptus magister anselmus nomine comunis cremone appellavit se domino apostolico.

Ego Albertus Manarinus notarius sacri palacii interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

## CCXLVII.

(Anno 1209 — 20 aprile)

### La pace fra gli urbani e gli estrinseci di Brescia.

Inedito 1.

Anno dominice incarnationis Millesimo Ducentesimo Nono Indictione duodecima, die decimo exeunte Aprili presentia dn.... domini *Henrici* dei gratia *Mantue episcopi* et dominorum Alberti Struxii et Ugolini de Sesso et Monachi de villa et passawe... e gayoldis et Johannis amati et Morini de belottis et Aymerici dodhoni et Redulfi de ianebonis et Jacob..... arrixius et comes *Albertus de Casaloldo* et flamengus de manervio et Wilielmus de manervio et Op... et philippus de corviono

1. Arch. Secr. di Crem. C, 84. — Storie Bresciane, t. V, pag. 271

et Ribaldinus de ramedellis et trinca de pontevigo et Brexanus..... moreschis et Joannes de humeltate et ynghelfredus de grumedellis et Ugo de domina Stracia et Rayn..... de Pontecarali et Barufaldus et Albertus de Ganbara et Ugitio battistoppa et Alghisius de palazo..... edevacca et Martinus de pontecarali et Jacominus de Sala et Albertus testa et Ugo de Absalon et Martinellus de.... pontecarali Albertus Striola et Ugo de pontecarali et Marchixius de bugizol et Gratiadeus de bezozo et bonphadinus de iohanne henrici..... anuari de razo et bellebonus de manervio et Slebla et Codeferrinus et Gratiolus de Cazago et Oldofredus de Cazago et Jacomus drotius et Wilielmus de acalyno et brexanus de homezolo et Roffinus de pancano et petrus goggus et Ardricus de framuxinis et petrus ottobelli de pontecarali ex *parte societatis militum qui sunt extra civitatem Brixie* et multi alii ex una parte. Et diaconus et Alvernatius de pontecarali et Johannes trefolii et theubaldus de vanza... et Wilielmus maranta. Albertus golta et Cesar rozonus et Ventura beccaria et Oddo advocatus et Mayfredus prandonus et Johannes de conleis et Anselminus benni et Armatius orianne et Lafrancus hosmerini et Gratius moreschi et Lanfrancus boccabarla et Ranzerius de porta et presbiter de abbis et Anselmus de Lastalla et Johannis alberici et Albertonus de yse et Faurardus faba et Ogerius de Claris et Ogerius de nuvolinis et petrus ocanonus et ymbertus patria et Masonerius et berardus faba et petrus flumiane et degoldeus grassi et pedherzanis fugatius et Alegrinus ferati et Goyzus de Gambara et lanfranchinus de Cazago et Johannes ghezonis et buttanus et lanfrancus de lodrino et Albertus de concexio et Obizo Ugonus et tomaxius de palazo et lanfrancus curatus et Wilielmus..... et Jacobus de Cazago et bruzella et Martinus de quinzano et petrus marxilius et Waldricus nerza et Jacobus ambroxii et Jacobus..... de Saler et Inurardus de guzago et Conradus de bagnolo et lanfrancus patari et Novellus de mercato et Conradus spanciferri..... runt in civitate brixie et multi alii ex alia parte. iurassent precepta domini *Wolfkeri* dei gratia sancte *Aquilegensis ecclesie.... lis aule* per totam Ytaliam legati. de discordia quam insimul habebant et de pace

facienda et tenenda et in ..... Walterius bertoldus ibi eodem domino patriarcha presente et precipiente de voluntate et precepto ipsius ..... et vice iam dicti domini patriarche omnibus suprascriptis ibi præsentibus pro se et totis suis partibus ut firmam pacem et in ..... inter se perpetuo observent et tenent. Item precepit et dixit ut omnia dampna data a comunibus utriusque partis inter se vicissim in .... emissa dampna vero data ab aliquo aliquarum partium in diviso sint in arbitrio domini Regis et ipsius domini patriarche. Et hec omnia utrique parti precepit pro se et aliis de eorum parte perpetuo observari deberi per sacramentum quod fecerant et per fidelitatem et gratiam domini Regis et ipsius domini patriarche et etiam sub pena quinque millium Marcharum argenti cujus pene medietatem qui contrafecerit conponat domino Regi aliam vero medietatem conponat illi contra quem fecerit. Item precepit et dixit suprascriptis de utraque parte ibi presentibus per sacramentum quod fecerant et per fidelitatem domini Regis ut pro se et suis partibus absentibus debeant absolvere et remittere omnia sacramenta facta vel recepta a duobus annis infra cum aliquo vel aliquibus predictarum partium seu cum aliquo comune civitatis vel loci vel aliqua alia persona. Qui suprascripti de utraque parte pro se et suis partibus ibi coram ..... domino patriarcha iam dictam absolutionem et remissionem viva voce fecerunt et ipsa sacramenta absolverunt et remiserunt. preterea iam dict..... precepit et dixit suprascriptis de utraque parte ibi presentibus per sacramentum et fidelitatem domini Regis ut debeant relaxare et dimittere, et ab ..... rios utriusque partis usque per totam diem sequentem. Ibique omnes suprascripti de utraque parte pro se et totis suis partibus fecerunt inter ..... vicissim. Insuper iuraverunt ad sancta dei vangelia per se prenominatam pacem et omnia suprascripta in perpetuum tenere et observare et attendere. et quod bona fide operam dabunt ut omnes de eorum parte iam dictam pacem et omnia suprascripta perpetuo attendant teneant et observent.

Ego Emanuel domini henrici regis notarius interfui et hanc cartam scripsi.

## CCXLVIII.

(An. 1211 — 6 marzo)

**La pace fra Mantova, Brescia, Verona e Cremona.**

Indizione 1.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo indictione quintadecima die martis sexto intrante martio: in pallacio communis brixie in presentia et testimonio domini Oldefredi de avocatis. domini Egidii de giroldis. domini Alberti de malabotto. baruffoldi corerii atque bailardi corerii testium rogatorum. Isti sunt illi qui iuraverunt societatem inter Cremonam et societates. *dominus Narisius comes.* dominus *Albertus comes.* dominus *Jacob de pontecarale tunc potestas communis brixie* Gabrielus de grumetello. Otto Wiffredi. Gaitaninus. Johannes iudex de lodrino. Magister de chol.... filinis. Marchisius petoni. Rethulfus de mercato. Wilielmus siaia. Giroldus de claris. delaydus iudex calliarius. bonfadus sassus. Girardus iostachi. Riboldus melanesius. Paitotius Saingrua. Jacobus Varnerius. bonnonius de porticu. Jacobus bisola. Ugo absololonni. Caymarius de porta. Vanbertinus ranza. Johannes de villa notarius. bonaventura gualandi. Sechafenus bemcinus. bonifacius notarius. zuffredus de plevethiciis. Jacobus domini Ribaldi de Sale. Wido siccasol. Lafrancus de lodrino. Albertoxius sethexia. Albertus de cathegnano. Albertus canis. Lafrancus de porticu. martinus de alcheriis. Attolinus gaitani. Albertotius de mercato. baiamontus de Salodes. Jacobus de sancto gervasio. burgesius lavellilongi. Albertus ballius. bonaventura lanpafoiata. Petrus de carnario. Jacobinus pape. Oricus ocanonus. benvegnutus domini laurencii. Johannes sartor de ponpiano. Abbonus de abb. turisendus prinardus. Petrus domini Ottobelli de pontecarale. Petrus domini Saingrua. dominus Acursus de pontecarale. Albertus pilattus de sancto gervasio. loterus advocatus. durellus de lacu. ferinus de bornado. saldinus filius lafranci de Salodo. Stephanus bellamici. Rizerius de soro. Ognerus de Pesckera. Arighetus de Soncino.

1. Arch. Secr. di Cremona - E, 18. — Storie Bresc. t. V, p. 277, ove si corregga l'indic. B, 64 dell'Archivio.

Martinus bellintesim. bonfatus gaifanus. bellebonus cagnolus. Plaitus Albertus. Johannis bibulci. bentallus notarius. Jacobus domini Martini de bornado. Anzelmus leazarri. Amighettus pervallin. Bonfatus prinardus. faxolus tabernarius. Lafrancus domini mauri. bartolameus de Capriolo. Oddo domini Apposazii. dominus Raynerius ballius. Jacobus bachocus. Piscinus pransdonus. Montenarius manni. Nebla. Jacobus maynetti de pontecarale. bellottus ciciamice. Goyzonus de mairano. Fapanis de soro. Naymerus de gaytano. lafrancus Rozonus. Jacobus druzius. Graciadeus baratellu. Stephanus Risolotti. Albertus notarius de gavardo. bruxatus boizonus. Jostachus taiasacus. Martinus Saxine. Ugo bossonis. Stephanus affricani. Amadeus abiatici. Martinus domini Azonis de mairano. bonifacius domini Bonacursii. Albertus de mercato. Albertus de lavellolongo. Goyzo de pontecarale. Ranbaldus Ugonus. lafrancus domini zacheni de pontecarale. Patronus de la garza. Oddo de callino. Milletus domini Streve. Stephanus de capriano. Albertus de brandico. boninsegna de Monterotondo. Redulfus de bornado. Petrus de fontanigra. Carazucca de bondiis. Anselmus de Cruco. Gughelfredus de Grumethello. Wiscardus domini Boxadri. Girardus bruzella. Girardus bocii. Johannes bartholomei vide. Johannes de torbiado causidicus. Oddo de prandonibus. Stephanus Wasarlande. teutaldus de pontecarale. Graciadeus de mayrano. Girardus de castro. lafrancus bocii. Cardevacha de camegnono. Petrus domini Pbri de Sale. Berardus Madii. Giroldus de pontecarali. henricus Confanonerius. Jacobus secasoldus. Ugo de Martinengo. Riboldus de Calvisano. Uldefredus de Cazago. Gualcerius de calcharia. Manuellus de concisio. danesius de prandonibus. petrus Confanonerius. Graciadeus bagozii. Gabrielus ballius. Federicus de porta. Stephanus belintesimi. Federicus de lavellolongo. Prothezalius de carzacho. belclarus de calcinado. Lafrancus de marsino. Martinus pellati. Petrus petenalupi. Capoanus domini teutaldi. Ugezonus bapstopa. Stephanus de sancto Gervasio. Codeferrinus. Girardus bruxadus. Albertus domini lafranchi belle. Raimondus de Ugonibus. Zacheus de pontecarali. Marcus de pallacio. Jacob de francignena. Johannes gille. Girardus Ormerini. Martinus seretus. Bonfatus

truffi. Vandalus. Osbertus codeferrus. Wilielmus d'Adro. Petrus de chathagnano. Pasetus filius girardi. Jacobus de bulgaro. boxadrus de pontecarali. Stephanus de torbiado. Johannes pattari. Martinus Solzilinus. Albertus de patherno. Gilbertus filius domini Ulini. Monachus filius ambrosii pattarini. Philippus. dominicus de buarno. Jacobus Zuchi. Rezadinus. Omneboni, filius Riboldi caligarii. Martinus Sarasinus de buarno. Ottebonus de buarno. Muttus. Johaninus de plumacio. Martinus spiga. Suzuspillus. Albertinus de corteselle. Johaninus de trignano. bernardus de Ahollo. benvenutus de porta. Girardus osberti de sal. Absalon. Casolus. Stephanus graciadei. Wilielmus francigena. bagatta. Matheus. barberius. Sthancarius. Girardinus de collognola. Nicholaus tabernarius. Stefaninus filius magistri Widonis. Girardus filius ambrosii patarini. Aymericus de Monteclaro. barufaldus domini Millonis Griffi. Lotherengius de Martineugo. bonacorsus domine cerute. Graciadeus de vilane. Carnevalus spatarius. lafrancus pulmonus. Griffo. mercati. Johannes de urgnano. Gracianus Saynigrua. bursa de caulis. Oppizo maco. Graciadeus prandinus. Lafrancus cella. Jacob cilicinoco. Deatatus de Capite pontis. Albertus maldeventre. Aldricus Alberti. Teutaldus caritatis. Giroldus de castro. Albertus Stria. Lafrancus de carzago notarius. Albertus de capriano. Omneboni zorzus. Markesius regum. Albertus portilis. Graciadeus arma. Albertus prandonus. Albericus montenarii. Centenarius. Lorencinus canalis. Arlottus notarius. Mayfredus sancte agathe. In nomine domini. Ego iuro ad sancta dei evangelia quod attendam et observabo et operam dabo ut attendant et observent omnia pacta, omnesque convenciones et promissiones que continentur in carta concordii et societatis *Cremone, Verone et Azonis Estensis marchionis et Ferrarie et Mantue* et eorum qui ad hanc societatem pervenerint secundum condiciones instrumentorum et quod faciam facere talem sacramentum omnibus personis mei districtus a quindecim annos supra et ab septuaginta infra. Item quod ego non parlamentabo pro me nec per alium ore neque per scripturam cum hominibus *Mediolani, Placentie, Creme,* nec cum *Izilino (sic)* nec cum *Saliens in guerra,* nec cum aliis hominibus nec supra-

scriptorum hominum, nec suprascriptarum civitatum nec cum *inimicis Cremone* absque parabola Consulum et potestatis communis Cremone.

Ego Albertus manarinus notarius sacri palatii interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

## CCXLIX.

(An. 1211 — 2 ottobre)

### La pace tra Bresciani e Cremonesi.

Inedito 1.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo Indictione quintadecima secundo die intrante Octubri *in Brixia in campanea in ora sancte Stefanie* presentia dominorum henrici de tintis et bellengerii mastallii et martini de suox et marchisini mariani et lantelmi pistoris testium ibi rogatorum. Dominus martinus et dominus Grimerius de Boccatio et dominus Jostaccus de Bighizolo et dominus stefanus Bocardus et dominus Girardus de oddonibus de Foro et dominus Alvernacius de pontecarale tale fecerunt sacramentum. Tenor cuius talis erat. Ego juro ad sancta dei evangelia quod bona fide sine fraude adtendam et observabo per me et per totam meam partem omnia precepta domini Gandolfini de Castro novo tunc potestatis comunis Cremone nomine et vice comunis cremone et suorum successorum et aliorum qui pro tempore erunt consules vel potestates pro comuni cremone. Nominatim de omnibus litibus et discordiis dictis et factis ab hominibus qui sunt in Brixia et extra Brixiam et in sua parte. nomine ipsius comunis contra illos qui exiverunt de civitate et contra suam partem. specialiter in omnibus damnis datis et factis. Et in avere et personis et in dando suas personas et ostagiis et in dandis castillis et rochis et burgiis et curtibus eorum et earum. Et generaliter omnibus preceptis qui fecerit predictus dominus Gandulfinus et sui successores et aliorum qui pro tempore erunt consules et potestates pro comuni cremone nomine et vice comunis cremone pro predictis discordiis et liti-

1. Arch. Secr. di Cremona, E, 10. — Storie Bresc. t. V, p. 289.

bus et damnis datis et factis sine aliquo tenore. Item in dimittendis castris et burghis et rochis et dandis forticiis eorum et earum et in dimittendis prexoneriis que et quos habent et tenentur pro sua parte in episcopatu brixie ad voluntatem suprascripti domini Gandulfini et suorum successorum qui pro tempore erunt pro comuni Cremone.

Tertio die intrante Octubri. in Brexana in campanea in *ora roche Rodenghi* et in eodem anno et in presentia suprascriptorum testium et domini Fulci de Fabris. Dominus Pax de Bocatio et dominus Coradus de Uxago et dominus bertolottus de Martinengo et dominus iohannes de ugozono et dominus monacus de Uxago et dominus Girardus de bagnolo et dominus allegrus de feratho et dominus teutaldus de Vanzago et dominus degoldeus de grasso et dominus amatinus de curtis et dominus lanfrancus de porta et dominus lanfrancus de olmerinus et dominus Marchisius occanonus et dominus ubertus de patrigo et dominus albertus de Couzetho et dominus Conradus de bagnolo et dominus albertus de belfante et dominus pelius de Monteclaro et dominus ognerius de pontecarale et dominus Johannes Lorozolus et dominus Ostaccus de bigozolo et dominus Rizardus de Rodengo et dominus Obizius de Ugonibus et suprascriptus dominus Grimerius et predictus alvernacius de pontecarale. Omnes suprascripti predictum sacramentum ut continetur supra eodem modo fecerunt et iuraverunt.

Quarto die intrante octubri. in brexana sub rocha Rodenghi et in eodem anno et in presentia domini fulci de fabris et arivabeni notarii et bartholomei de zoncapede testium ibi. Petrus de flumiana et lantelmus grassus et Graziadeus de bouzillo et Girardinus de cervicholdo et Ognerius de cosca et Ognerius de civethino et Jacopus de Cavriolo et lonbardus de ponticello et lanfrancus curator et Robertus de olmerino et Girardus de lanfranco de bagnolo et Inverardi de rodengo et Vanzaghini de vanzago et bonacursus de porta et Ventura de vilano et botaianus de cariolis et bonsegnorius de carusso et brexanus scazerius et Gisulfus de ghisulfis et bartholomeus de zoncapede et petrus confanti et albertus lorozolus et crexebenus de porta et Jacominus de Colombario et henricus panpurus

norum Ugonum, et non illorum de Salodo, quod si capras illius dabant damnum alieni, et ille cui ipsa dederat damnum interficiebat eam et ferebat pellem ejus ad Gastaldum dominorum illorum Ugonum, post ea non mandabat nec restaurabat eam. Item dicit quod in illis duobus annis suæ Potestariæ domini de Salodo veniebant ad dictum Castrum et ad se. t. quinq. dns Boxadrus quinq. d. Petrus quinq. d. Pallatinus contentionabant de suis factis, et de suis honoribus et de suis frugibus audiente se testes et... audivit eos dicentes quod non haberent nec habere deberent aliquem honorem in illo Castro, nec in spoldo, imo dicunt quod Ambrosius pater Spinabelli et ipse Spinabellus dicebant audientibus dominis de Salodo, et non contradicentibus quod non erat aliquis qui haberet honores Castri et Spoldi nisi dni Ugones. Ita dic. quod una vice dnus Milo Grassus dnus Obizo et dnus Milo dni Alberti in potestaria sua t. venire ad Gardonum, et dixerunt huic t. q. faciet sequenti die adunare gentem ad contionem et ipse testes sic fecit. In qua concione dicitur illos dominos percepisse cuilibet habenti terram in Castro *Gardoni* ut ad dictum diem et sub dicta pena quilibet haberet domum edificatam in Castro. Item responderunt ante aperturam suam... sua sponte dicunt se fecisse ivi vero antequam homines terræ Gardoni scilicet Ambrosius de Castello, et Albertus de Monte Cucco avus Petri qui agens etc. Frat. Petrus de Faxano ... et multi alii in publica Vicinia et in aliis locis confitebantur quod dni Ugones dederant Castrum Gardoni Vicinis illius Terræ et in se reservaverant unam domum in illo Castro et honorem Castri et Spoldi, et Vicini dederant ipsi dominis *Parecham* in cambium illius Castri. Item dicit se fuisse ibi Vicini de Gardono juraverunt fidelitatem dnis Ugonibus et in illo juramento juraverunt servare et manutenere honores Dnorum Ugonum et dicit quod quando illi Vicini ponebant taxas quas erant soliti ponere cum consilio Gastaldi dnorum Ugonum.

Aquilinus not. de Materno interogatus fuit. Se fuisse ibi videlicet Universitas Terræ Gardoni jurare fidelitatem Castro Gardoni et manutenere honores dominorum Ugonum et facere Wardas et scaramutias et aptare illud Castrum et facere fossata sicut continetur in una carta attestata facta a se. Item

dicit se fuisse ibi cum homines de Gardono qui habebant terram in illo Castro jur. ad Dei Evangelia edificare domos in eo ad preceptum dominorum Ugonum ad terminum q. eis darent, et ipsi Ugones preceperunt eis ut eas edificassent ad dictum terminum et non fecerunt: Unde ipsi domini petierunt eis Wadiam de eo q. non edificaverant et ipsi eam .... dederunt, scilicet Salodius de Monte Cucco, Zacharia de Murgnacha, et nepos ejus et Lafrancus de Murgnacha Ottellus de Cussanis Bonzanus ejus nepos, et Stroppa de Cussano et Martinus de Monte Cucco qui habitat ad Sernicha isti omnes dederunt Wadiam dnis Ugonibus de eo quod non fecerunt domus sub pena viginti florenos imperiales et iste .... fecere cartam. Et dicit se fuisse videlicet Ambrosius et Aprixius de Faxano et Otto de Supiano et Albertus de Monte Cucco et alii de quibus non recordatur designasse per sacramentum quod quando Universitas de Gardono ponebat taxas quas non debebat eas ..... sint Gastaldo vel Nuntio dominorum Ugonum, et si capra recipiebat dare damnum alicui de Gardono debebat interfici, et pellis ejus debebat dari Gastaldo dnorum Ugonum. Item dicit se multoties audisse per antiquos homines de Gardono quod Castrum Gardoni fuit dnorum Ugonum, sed per mutationem seu cambium ... fecerunt de eo cum Communi de Gardono retinendo in se honorem et districtum et unam domum in eo, et illud Comune dedit eis parecham, et hoc dicit se audisse dici multoties ad interrogationem d. Girardo de Luccaro potestatis illius loci q. multum conabatur discere et scire facta Ugonum in illa hora cum notar .... testes erat. Item dicit se audisse dici per designatores predictos quod si aliquis de tota curte Gardoni offendebat infra terminos, debebat dare Wadiam dnis Ugonibus, et omnes hos honores vidit dnos Ugones manutenere in sua memoria quæ est triginta annorum et plus sine alicujus contradictione.

Dnus Ioannes Causidicus de Urgnano Iur. C. tempore quo accepit uxorem filiam dni Stephani de Salodo quæ erat neptis dnorum Ugonum utebatur cum eis ad sua facta plus quam alius qui appellatur Causidicus, et specialiter in illis factis in quibus causidici habent locum unde cum debebat ire ad Gardonum tempore quo placita generalia tenebantur Dominos

Curiarum in suis Curiis, sicuti est Episcopus et sicuti sunt Ugones et Dnus Albertus Bruxadus et alii plures dixit se in illis temporibus semper ivisse cum Dominis Ugonibus ad Gardonum de Lacu et cum erant ad Salodum accepiebant et ducebant secum illos de dominis de Salodo quos inveniebant scilicet dnum Stephanum de Salodo, vel dnum Obizonem vel ambos et q dnum Boxardum qui sepe ostendebat sed q. cum magna incomoditate ibant, secum ibant, et cum erant ad Gardonum Domini precipiebant scilicet dnus Lafrancus et dnus Albertus et Milo Grassus, qui puer erat, et cum eis veniebat per se vel per Nuntios suos faciebant percipere per terram Gardoni ut omnes homines essent in mane ante illos dominos et ante judicem eorum in platea Gardoni in spoldo ante portam Castri ad faciendam rationem unde aliter de eo cum conquerelentur sub se, et quicumque non veniret bamnum imponebant et hoc faciebant presentibus dictis Dominis de Salodo, nec resistentibus, et non dicentibus se aliquam habere rationem in illis oneribus faciendis et hi dicebant quod faciebant de illis offensibus quæ fiebant in Castro vel in spoldo vel in fossatu. De aliis vero offensionibus quæ fiebant extra castrum et spoldum dicebant se non recordari videlicet de hominibus Ugonum qui per eos faciebant. Insuper dicunt dicti Ugones fecisse condemnare omnes homines de Gardono prout verum dicebant quod omnes aderant in Ecclesia Castri Gardoni causa faciendi fidelitates dnis Ugonibus de Castro et Spoldo, quam fidelitatem dicunt se insinuisse et fecisse fieri sed quod . . . . . quæ fidelitas talis fuit. Iuro ad Dei Sancta Evangelia q. bona fide et sine fraude salvabo, et custodiam omnes dominos Ugonum in animo et persona in Castro Gardoni et Spoldo et omnem suum honorem, nec ero in consilio seu facto, quod ipsi perdant haverem neque honorem in dictis locis, et si precipuero aliquid velle hoc facere bona fide prohibebo et quam citius potero eos vel suos nuntios scire faciam. Insuper ordinaverunt illi Domini cum dominis Vicinis facere duos domos in Castro Gardoni in quibus ipsi domini reciperentur cum venirent in illam Terram, una quarum fuit facta sed de altera nescit. Item dixit se vidisse plures Madias dari ipsis dominis Ugonibus scilicet nuntiis eorum ab illis

hominis de Gardono, sed nescit, nec recordatur a quibus dabantur. Item dicit. se semper interrogasse Dominos de Salodo quod et q. habetis . . . . maximum terrictorium, et non habetis de honore Castri et Spoldi aliquid, et dnus Stephanus respondebat ei, Antecessores nostri non tenuerunt curiam, et ita remansit, sed dnus Obixo dicebat, si Antecessores mei fuerunt stulti, ego et fratres mei maximum damnum patimur. Illud idem fecerunt cum foco nostro secum annuente dno cum adjutorio nostro et amicorum nostrorum nos recuperabimus quod amisimus stultitia antecessorum nostrorum. Item dixit se non recordari omnia quæ facta sunt ante ipsum de istis factis, sed si ad memoriam reduxerint quod rem essedic... et respondebit.

In Christi nomine amen. Nos Obizo Ugonum et Ranybaldus et Milo Grassus, et Raymundus conquerimus vobis dno Oddoni Maphei Consuli Iustitiæ Brixiæ de Petro et Albertino fratribus de Monte Cucco a quibus petimus Madiam propter querimoniam quam de eis vobis fecit Aldinellus propter offensionem quam dicit Aldinellus eos fecisse in Castro Gardoni cum Castri Iurisdictio et honor et districtus ad nos pertinent pro nostra parte et de eo honore et districto et Iurisdictione in possessiones sumus vel quasi.

In Christi nomine. Die Mercurii XI. intr. Ian. In Ecclesia s. Petri de Domo Civitatis Brixiæ presentibus Martino de Porticu et Ioanne Mussi et Ventura de Calino et aliis pluribus testis. Ibi Petrus de Monte Cucco de Gardono obligando omnia sua bona presentia et futura pignori satis dedit in manu dni Milonis Grassi stipulantis suo nomine et dni Obizonis Ugonum Missum se esse dicebat, et in manu dni Ranibaldi stipulantis suo nomine, et dni Raymundi Missum se esse dicebat, q. faciat attendere Albertinum suum fratrem defendebat. ad quod erat judicatum inter eos de eo ut porrectus erat libellus per illos dnos sub dno Oddone Maphæi Consule Iustitiæ Brixiæ vel pro se et de suo stipularent statuto et Ordinamento Comunis Brixiæ. A. Domini MCCXV. Ind. III.

Ego Walconus de Vuaslanda Imp. auct. not. interfui et rogatus hanc cartam scripsi.

## CCLIX.

(An. 1215 — 1216)

### Il debito dei Mantovani verso Brescia.

Inedito 1.

1215. In Christi nomine. Die mercurij X intrante junij. In presentia Dni Alberti Bruxati, Dni Milonis Alberti, Alberti Ugoni, Dni Lanfranci Buccaborlete, Dni Manuali de Conceso, *Dni Martini comitis de s. Martino*, Dni Stephani de Torbiato, Dni Guidonis de Casalolto, Dni Johannis Fabe, Dni Lanfranchi de Salis, Dni Lambertini de Azono, Dni Girardi de Ripalta, Dni Ugutionis de Advocatis, Dni Henrici quondam Conradi de Bosone, et aliorum Dnus R. Guidonis de Bujanello Mantue potestas vice, et nomine Comunis Mantue in publico consilio Comunis Brixie concionando ipsi consilio dixit, quod volebat debita hominum Mantue, et Episcopatus debeant compensari contra debita Brixiensium. Hoc ordine, quod debeant compellere suos cives, qui sunt debitores hominum Mantue, et Episcopatu solvere hominibus, sive civibus et Episcopatu, qui debent habere pecuniam ab hominibus nostri districtus: et nos idem faciemus de nostris. Et si aliquid superhabundabit, vobis solvi faciemus, et idem nobis fieri facietis.

Item volumus solvere debita, que nostri cives debent civibus pro Comuni ad certum terminum, et vos idem faciatis nostris civibus.

Item si vultis, quod omnes emancipationes ante debitum vel post debitum facte destruentur, volumus quod in hoc sitis contenti, et ipsis destructis, omnia bona debitorum volumus vobis insolitum dare, et eos ad veram utilitatem destruere. Vel dare de bonis debitorum positis, et etiam pro Comuni manutenere et per completum solutionem habentis, ita quod de cetero aliquem de civitate, seu districtu Mantue inquietare non debeatis; et sic omnia predictus Dnus R. dixit, et provisit facere, et firmare per consilium Mantue in perpetuum, si ipsi vellent ita attendere et firmare in suo Consilio. Cui Dno R.

1. Presso il conte Carlo d'Arco. — Storie Bresciane, t. V, pag, 291.

Dnus Albertus de Conceso consul Comunis Brixie de voluntate et consensu suorum sociorum, scilicet Dni Martini de Manervio, Dni Flamingi de Manervio, Dni Alberti de Lenza, Dni Theudaldi de Pontecovoli in publico consilio dixit, quod ipse volebat recipere, et tenere capitolum destruendi bona debitorum; ita quod nulla invasio ante debitum, vel post debitum facta sive justa sive injusta non debeat non obsesse, et recipere residuum destructionis in solutione, et hoc attendere tamen usque ad annum novum, et non ultra. Aliis duobus capitulis nihil dixerunt, et alteri se dixerunt non respondere.

Actum est hoc in Palatio Comunis Brixie Miles. CCXV. Indictione tertia.

1216. In Christi nomine. Die Iovis VI exeunte augusto. In civitate Brixie *in Laubia quadra Episcopatus*. In publico consilio campana sonata coram *Dno Alberto Dei gratia episcopo Brixiensi*, et Comunis Potestatis, presentibus Dno Petro Vilani, et Dno Ugone de Regio, et Dno Egidiotto Iudice Comunis, et Potestatis Brixie, et presentibus Dno Giroldo de Pontecarali, et Dno Martino Ugonum, et Dno Petro de Zanzia, et Dno Martino Odonum, et Dno Aymerico de Monte Claro, et Dno Conrado Bagnoli consulibus justitie Comunis Brixie. Presentibus Dno Alberto Bruxato, et Dno Iacobo de Gudizolo Confanonerio, et Dno Lodrengo, Dno Alberto de Rodingo, Dno Conrado de Guxago, Dno Jacobo de Pontecarali, Dno Raymondo Ugonum, Dno Pedraco de Nuce, Dno Alberto de Ranza, Dno Lanfranco de Buzio, Dno Petro Petenalupo, Dno Calceleino Calcarie, Dno Milono Grasso, Dno Johane Salis, Dno Stephano Bocardo, Dno Petro Jumbiadi, Dno Theutaldo de Pontecarali, *Dno Albertano Iudice*, Dno Oldefredo de Yseo, Dno Iohanne de Porta, Dno Biaquino Dexenzani, Dno Algisio Monducasino, Dno Jacobo Bacocii, Dno Iohanne Turbiadi, Dno Bonacursio Carpeneduli, et multis aliis de consilio Brixie; Dictus Dnus *Episcopus, et Potestas* nomine Comunis Brixie et omnes de Consilio tam prenominati quam ceteri presentes de Comuni et voluntate et proposito, diligenti habita providentia confirmarent concordiam et scriptum in loco *Marcharie* inter eundem Dnum Episcopum

et Potestatem nomine comunis Brixie, et Dnum Raymundum de Ugonibus arbitrum inter Mantuanos et Brixienses, et Dnum Aymericum de Monte Claro consulem justitie Brixie ex una parte et Dnum Rambertinum Guidonis Bavalelli potestatem Mantue, et Dnum Albertum Bellotti arbitrum inter Brixianos et Mantuanos ex altera. Similiter cum eadem providentia confirmaverunt concordiam et scriptum factum in loco Guidicioli inter Dnum Avennum de Mantua et Dnum Albertum Bellotti arbitros inter Mantuam et Brixiam nomine Comunis Mantue, et Dnum Raymundum de Ugonibus arbitrum inter Mantuanos et Brixienses, et Dnum Aymericum de Monte Claro predictum nomine Comunis Brixie ex altera. Que concordie scripte et facte sunt super facto Dni Rodulphi de Pacio, et Dni Iacobi de Bugetto, et Dni Bernardi de Axandris et Belmartini et Bonaventure Ministerialis Comunis Mantue: Et Dni Jacobi de Homis, et Dni Aymerij predicti, et Petri de Prando, et nepotum, et aliorum negociorum, que in scriptis illis concorditer scripta seu posita fuerunt. Statuentes ut per Comune Brixie exequantur, et debitum ac promissum sorciantur effectum.

Actum est hoc anno Dni Milles. CCXVI Indictione Quarta. Que vero scripta invenerunt facta per Bonaventuram de Faxanis notarium Mantue, et Arivabenum et Iohannem Arigacii notarium Brixie.

Ego Bonifacius Petrachi Sacri Imperii notarius interfui, et precepto Potestatis scripsi.

## CCLX.

(An. 1215 — 7 ottobre)

### Il ponte Cremone.

Inedito 1.

In Christi nomine die mercurii VII intrante octobr. In Epatu Brixie penes Aquasonam super ripam in castrum s. Georgii et castrum Suncini presentib. dno Ardicione Pontiscarali

1. *Liber Pot. Brix.* carte 34 e 35.

et dno Henrico de Martinengo et dno Oprando Glerole et dno Anselmo Sancti Gervasii etc.... Ad interogationem distructionis pontium factam per dnum Albertum dni Ranze consulem majorem com. Brixie et per dnum Lafrancum de Salis ambaxatorem ejusdem comunis nomine et vice ipsius Comunis, tale responsium dederunt dnus Benerius Mastalius consul majoris com. Cremone et comes Albericus et dnus Iohes Bajamundi judex ambaxiatores Com. Cremone profitendo se pontem de Gremono esse et stare pro com. Brixie, et quod destruerent vel facerent destruere illum pontem ad voluntatem com. Brixie, et quod non remanebat nisi propter guerram et bricham q. modo habeant Cremonenses quod non faciebant destructionem pontis, et dicentes quod si frigus eveniret vel eveniet in hac yeme quod cavalcate sue cessabunt et non fient ita; quod facient destruere illum pontem. Et ita concordes steterunt et fuerunt et inter se convenerunt unanimiter consules utriusque civitatis.

Actum est hoc anno dni M. CC. XV. Ind. III. Ibi interfuere dnus Raynerius de Claris, et dnus Obertus Cavalcanis de Logrado tt.

## CCLXI.

(An. 1219 — 12 maggio)

### L' ospitale di s. Alessandro.

Inedito 1.

Albertus miseratione divina Brixiensis Episcopus. Dilectis in Christo filiis p. S.ti Alexandri de Brixia Præposito et cæteris ejusdem loci fratribus tam præsentibus quam futuris canonicam vitam professis, ibidemque subsituendis in præposituram. Cum per unam pravæ voluntatis viam hostes humani generis lætum nobis ingerit infirmitatem et defectum; in hospitalibus in quibus Christus in membris suis suscipitur, et curatur, alitur, et nutritur, semper pietatis præcipue inveniuntur remedia: quibus inimici potenter a nobis evincuntur, et pauperum impendiis misericorditer decernuntur. Ea propter Dilecti

1. Dall' Archivio di s. Alessandro in Brescia.

in Domino filii vestri justis postulationibus clementer annuimus, et Venerabilium Antecessorum nostrorum *Manfredi et Joannis* felicis memoriæ Brixiensium Pontificum vestigiis inhærentes, *hospitale s. Martyris Alexandri situm in fundo Ecclesiæ vestræ* per munus quondam Lafranchi Præsbiteri domus vestræ et fratris hactenus in usus pauperum noscitur institutum; Vobis vestrisque successoribus in eadem Ecclesia commorantibus committimus et demandamus, et pro obsequiis pauperum a vobis decernimus omni tempore gubernando; confirmantes regimen, administrationem, et gubernationem seu institutionem hospitalis Ecclesiæ S.ti Alexandri tam in rebus, quam in personis, quæ nunc sunt, vel pro tempore prædicto fuerint hospitali, tibi filii jam dictæ Ecclesiæ Præposito, tuisque catholicis successoribus exemplo instrumentorum seu privilegiorum quondam Manfredi et Joannis de Flumicello bonæ memoriæ Brixiensium Episc. provocati. Instituimus insuper ut nullus amodo in ipso hospitali conversus eligatur vel *conversa* seu ufficialis absque tua præsentia, tuorumque successorum licentia vel receptione: ita tamen ut ejusdem hospitalis conversi vel conversæ seu officiales, qui modo sunt vel pro tempore fuerint, tibi tuisque successoribus obedientiam exibeant et reverentiam tam debitam quam devotam, professionem faciant ilarem sive proprio et privato vivant peculio tuis tuorumque successorum consiliis regantur, et bonis moribus informentur; et *fratribus* vel *sororibus hospitalis* seu officialibus nequaquam sit liberum aliquid vendere, distrahere vel alienare de rebus vel possexionibus ipsius hospitalis, quæ nunc sunt vel pro tempore fuerint nisi forte pro congruenti pauperum substentatione, et hoc cum concilio Præpositi absque tua tuorumque successorum licentia vel permissione, et cum a Præposito S.ti Alexandri fratres vel sorores seu officiales hospitalis interpellati fuerint de omnibus quæ bonorum impendiis ad obsequium pauperum aliquod tempore ad ipsorum manus pervenerunt sine fraude consonam reddant rationem. Talique modo et ordine tibi Præposito tuisque successoribus curam hospitalis duximus indulgendam, ut nullo tempore negligens existas circa regimen et curam seu administrationem dicti hospitalis; ac bona ejus tibi per nos

commissam sicut Bonus Pastor pervigiles super gregem tuum. Ut autem hæc nostra concessio diuturnis temporibus firma et inconcussa permaneat, sicut bonæ memoriæ antecessor noster *Manfredus* vinculo excomunicationis innotescit omnes aliqua occasione molientes jam dictum venerabile hospitalis locum profanum et in alium illicitum usum vel statum reddigere seu mutare: ita ut nos eidem excomunicationi subjicimus et a corpore Domini, seu partecipatione fidelium ipsum reddimus et facimus alienum pariter et abstentum quemcumque hujus nostræ confirmationis paginam audens infringere studuerit, vel ei ausu temerario contradire tentaverit. Si quis autem, quod absit, hoc attentare præsumpserit indignationem Dei omnipotentis et Genitricis ejusdem et Beator. Episcop. Appolonii et Philastri, et S.ti Alexandri cujus domicilium perturbare præsumpserit, et nostram maledictionem se omni tempore noverit incursurum. Datum Brixiæ die dominico XII intrante madio anno Domini MCCXIX indic. septima.

Ego Albertus Brix. Ep. hoc privilegium fieri feci ipsumq. approbavi et propria manu subscripsi.

Ego Guido Nardo Archip. Major. Eccl. Brix. hoc privilegium vidi et approbavi, meque subscribi feci.

Ego Mag.r Lanfrancus Præsbit. et Can. Major. Eccl. Brix. hoc privilegium vidi et approbavi, meque subscribi feci.

Ego Gratiadius major. Eccl. Brix. Vicidominus hoc privilegium vidi et approbavi meque subscribi feci.

## CCLXII.

( Dall' anno 1221 al 1249 )

### Frate Guala e l' Ordine Domenicano.

*Atti diversi.*

Inediti 1.

1221. In nom. domini die Lune VIII. exeunte madio. in eccla sanctorum martirum faustini et iovitte presentibus bonifacio preposito eccle sti salvatoris et pagano fratre ejus... et sabaro

1. Lucchi, *Cod. Dipl. Brix.* carte 57, 58, 59, 60 e 61 del mio esemplare; e da carte 154 alla 161 dell' autografo Labusiano.

notario. et media capa. et lambertino dni lotherenchi de martinengo testibus Dnus Ugolinus epus ostiensis atque vetrensis apostolice sedis legatus per italiam constitutus . . . Investivit fratrem Galam fratrum predicatorum qui brixie commoratur nomine et vice magistri dominici prioris ipsius ordinis et vice, et nomine tocius ordinis de eccla sanctorum martirum faustini et iovitte que iacet iuxta stratam cremonensem civitatis brixie et de omnibus domibus que sunt in sedimine dicte eccle sanctorum martirum et de clauso quod iacet iuxta dicta eccla sanctorum martirum vineatum salvo usufructu etc. . . . Actum est hoc A. D. MCCXX primo Indic. IX. Ego Grads de Manervio not.

1227. Gregorius eps servus servorum Dei Venerabili fri . . . epo Brixien. salutem et aplicam ben. Preposuisti nuper in nostra presentia quod nos olim dum essemus in minori officio constituti et in provintia Lombardie legationis officio fungeremur eccliam scorum faustini et jovitte in nris manibus ab ipsi canonici resignatam ordini fratrum predicatorum duximus assignandam, dictis canonicis quod vixerint suis beneficiis reservatis, que cum vacaverint ad manus Epi Brixie deveniant iuxta sue voluntatis arbitrium ordinanda. Unde postulasti a nobis ut de dictis beneficiis sic statuere dignaremur quod decedentibus memoratis canonicis in eis alij non succedant sed potius in usus pauperum et reparationem ipsius ecclie ac domorum suarum que terremotus tempore corruerunt ac restitutionem ornamentorum quibus omnino destituta est ecclia convertantur. Nos ergo volumus et mandamus quatinus decedentibus vel cedentibus canonicis qui eadem beneficia optinet de ipsis statuas prout utilitati Ecclie memorate . . . . videris expedire. Nulli ergo etc. *(omissis)* Dat. Anagnie XV Kal. Julij Pont. nro anno I. *(A tergo di questo rescritto di Gregorio si legge):* Per istas litteras sufficiens apparet quod Eccl. cum pertinentijs erat distracta de clero brixien. et Eps non poterat ibi ppositum vel canonicos instuere unde discendentibus fribus predic. ab eadem.

1234. In xti nomine die lune XIIII exeunte mense decembri super pallacio cois brix. presentibus dno Anselmo Betini et Bonfato Casso et Bonaventura de valando et Bra not. de pocelengo et aliis pluribus tt. R. dnus paganus de petra sancta brix. potestas dedit mihi henrico notarium parabolam perpetuandi . . . hoc scriptum seu extimum factum de infrascripto prato seu terra dni Bonepacis de castello (*omiss.*) Dnus Raimundus de Ugonibus, dnus Latherengus, dnus Guelmus bottalus de pallacio dnus oprandus de sancto gervasio dnus Iohes Bucce dnus Bonaventura medicus, dnus tagettinus, dnus Dalmatius de cazago dnus Duce de pederzochis dnus ottebunus de Rethuldescho electi extimare han terram per pot. . . concordati fuerunt quod magis comode dari potest et danda est terra seu pratum dni Bonepacis de castello fratribus predicatoribus que est a meridie curtivi dati eis quod fuit canonicorum quam alium de circumstantibus etc. (*omiss.*). Anno Dni MCCXXX quarto Ind. VII. Ego Henricus malclavelli not. dni Ottoni Impat.

1234. In xti nom. die mercurj exeunte marcio in terra prativa dni Bonepacis de castello que est inferius iuxta illam que fuit dnorum canonicorum iuxta carziam de suburbio sancti Laurentij civitatis Brixie presentibus dnis fre Rogerio et fre Federico et fre yrico de pergamo et Aricho golta de Martinengo, et Lotherengo de martinengo, et Raymundo de Ugonibus et Guelmo bottolo de pallatio et oprando de sto gervasio Iohe bucce Bonaventura medico Tangettino de Tangettinis Dalmacio de cazago Duce de Pederzochis Ottebono de Rethuldescho testibus rogatis. Dnus paganus de petra sancta brixie potestas nomine cois brix. . . . dedit tenutam et possessionem de dicta terra prativa dni Bonepacis dno fri tisio priori collegij frum ordinis predicatorum in brixia ita quod etc. (*omissis*) cui terre prative coheret a mane via a meridie viazola a sera aqua sive aqueductus et a monte terra que fuit canonicorum.

Anno domini mill. CC. trigesimo quarto Ind. septima — Ego Henricus Malclavellus not. d. Ottonis Impat.

1240. In xti nomine dnus Martinus de offlacha mansionarius canonice brixie a dnis azone archidiacono Cavalcano archipbro mayori Mazorio de Sabio pbro de Scarpezolo Flamengo de Manervio Spelta de *Salodo* Ugonum azone confanonerio Iustachio de herbusco et lodrengo filio dni ugonis de martinengo canonicis brixiensibus... nomine et vice canonice et capituli brixien.... procurator, et sindicus constitutus ad venditionem faciendam ... coi brixie vel potestati etc. ... precio finito trecentarum librarum imperialium quas ipse sindacus nomine etc. contentus fuit et manifestus se ... bene esse solutum a coi brixie videt. de quatraginta sex libris impialibus a duo Inverardo de Salis massario cois brix. in primo medio anno potesterie dni pagani de petra sancta tunc brixien. potestatis et de superfluo a duo ottebono de tochagnis massario dicti cois in secundo medio anno potestarie dicti dni pagani... et datum fecit in dnum henzelerium Iudicem et assessorem dni pagani predicti tunc potestatis cois brix. de tota terra et area et domibus suphentibus iuris dicte canonice ..... et jacet apud eccliam sancti Laurentij brixie etc. Quam autem receptionem fecit nomine dicti cois brix. dictus dnus henzelerius de volte brixiensis consilij qlis causa .... concedendi pro coi brix. fribus predicatoribus brix. commorantibus ad habitandum pro loco uno ibidem ad honorem Dei ... construendo. Que venditio extimata fuit precium sstum CCC lib. imp. p. dnos petrum vilam oddonem advocatum ottebonum de Rethuldescho Arditionem de pontecharali Guielmum marantam de boccardis tangettinum de tangettinis Rambaldum de ugonibus manuellum de madio sacramento asserentes *(omiss)*.

Actum est hoc in curia canonicorum brix. die sabati undecimo mense Novemb. Interfuere dnus Marchesius cagnolus lafrancus de *cruet* not. Vulpis not. et ms. onfridus de celatica testes. — Ego Benvegnutus n. Iohis oxelle not.

In xhi nomine die sabati decimo exeunte aprili in canonica brix. presentia d. azonis arcid. brix. et dni Redulfi archipbri de Azano et d. pre presbiteri et d. Lantelini ugonum et d. Lafranci de Pallio et dni Loderengi canonicorum brix. nec non dni Bonifacij prepositi sancti salvatoris et d. tethaldi

prepositi sancti Alexandri et dni Alberti prepositi sti Iohis de foris testibus Rogatis.

Ibi d. Cavalcanus archipbr. brixien. auctoritate dni gregorij de monte longo Aptice sedis legati qua in hac parte fungebatur... cognito p. magistros et alias personas super expensis a fribus predicatoribus brixien. in laborerijs et hedificijs per eosdem factis ad eccliam sancti faustini ad sanguinem... summa quarum expensarum ascendebat in ducentis libris Imp. *(riconosce creditori i detti frati verso la chiesa medesima della somma sborsata)* ut sibi satisfaciant in dictis bonis possessionibus et redditibus dicte ecclesie etc. . . . . Actum est hoc anno d. MCCXL Ind. XIII.

*Ista sunt quedam capitula extracta de p. L. actorum cois brix. de anno MCC. XLV Indict. tercia.*

1245. Item Statutum et ordinatum est quod unus fons aque munde concedatur et detur fribus predicatoribus et conducatur eis expensis cois brix. ad locum in quo habitaverint.

Item ad honorem Dei et quod Deus custodiat civitatem istam statuunt comuniter quod potestas consilio sapientium virorum hujus civitatis teneatur providere super auxilio dando fribus predicatoribus de pecunia ad hedificationem loci dictorum frum q. concess. est eis pro coi brix. MCCXLV Ind. III.

Item pons de arcu qui est super carziam auferatur et amplietur et alius de novo fiat et amplietur alveus carzie ita quod largius aqua elabatur.

Item quod una via fiat a sero parte pillarum sti faustini ubi est terralium et via qua itur subt. portam de pilis removeatur ita quod aqua largius currere possit inter pilam.

Item quod pile que sunt a superiori parte pontis de turzanis destruantur desuper et minorentur usque prope archivoltam.

1249. Innocentius eps servus servorum Dei venerabili fri... Epo brixien. salutem et aplicam ben. De dilectis filiis fratribus ordinis predicatorum constitutis in eccla scorum Fau-

stini et Jovite accepimus quod de ipsa se transferre volunt ad aliam in qua divinis obsequijs immemoretur. Cum autem clici seculares qui olim in ipsa degebant ecclia prout asseritur viam sint universe carnis ingressi, et dilecti filij . . . minister et fratres ac sorores ordinis secundi humiliatorum Brixien. habitationem nimis artam habere dicantur . . . . nos . . . . . mandamus quatinus postquam dicti prior et fratres se de loco prefato transtulerint, ipm et ortum etiam quem ibidem habere noscuntur, prefatis ministro et fratribus et sororibus... conferas et assignes faciens ab eisdem prius dictis priori et fratribus satisfactionem de sumptibus quos fecerunt in edificijs exhiberi. Dat. Logduni II Kal. Maij Pontif. nri anno sexto.

*(A tergo di questa pergamena):* Collatio facta p. Innocentium pp. in fres de cotegnaga de ecclesia sctorum Faustini et Jovite brixien. abeuntibus fribus pdicatoribus.

## CCLXIII.

(Anno 1217 — 5 novembre)

### Il castello di Canneto.

Viene riedificato ed infeudato dal comune di Brescia.

Inedito 1.

In nom. Sce et individue trinitatis. Cum in omnipotentis nomine . . . Dnus Lotherengus de Martinengo potestas cois Brixie ad sonum campane et alio modo plura consilia super facto sci Zenesii castri p. coi Brixie iuxta fluvium Ollii in terra brixiana edificare et construere fecisset, quod locus erat factus fere destructus desertus et incultus. Visum fuit sapientibus consilii brixie fore congruum et etiam a toto consilio cois Brixie congregatum ad sonum campane comprobatum est.... et ordinatum ut pro coi Brixie castrum illud sci Zenesii rehedificaretur et reformaretur, et iuxta illud burgum unum magnum et pulchrum fossis circumdatum construeretur, et ordinaretur cum tali immunitate seu libertate data et concessa et confirmata ipsis castro et burgo, de habitantibus in eis a coi

1. *Liber Poteris Brix.*, carte 12. — Statuti Bresciani del secolo XIII, anno 1217. — Storie Bresciane, t. V, pag. 295.

Brixie et perpetuo optinenda et observanda ut interius legitur et decernitur.

Quare die dominico quinto intrante mense novembris Anno dni Millesimo CC decimoseptimo Indictione quinta. In plena contione Brixie congregata et campanis et tuba pulsata permemoratus dnus Lotherengus de Martinengo potestas cois Brixie vice et nomine dicti cois Brix. p. parabola consilii cois Brixie campana sonata cum lancea et vexillo super ea q. in manu habebat fecit datum in dnum Bonfatum Nerzam electum ibi potestatem sci Zenesii et burgi et ordinatum recipientem vice et nomine omnium hominum et personarum castri Sci Zenezii et burgi quod et Canedum nuncupatur, et per eum in omnes personas illius loci, multis ex vicinis illius loci presentibus et recipientibus, cum eo dictum dato in vice eorum et omnium aliorum de ipso loco. nominative *de canevis* castri sci Zenesii et de seduminibus burgi et ville illius loci et terris q. sunt extra burgum et villam designatis de terratorio illus loci vel designandis secundum quod designatum est cuiq. vel fuerit ad mundum et francum allodium secundum infrascriptum tenorem et conditionem. Videlicet quod teneantur castrum seu burgum cum uxore seu familia assidue habitare et quod non possint vendere neque obligare neque in feudum dare nec aliquo modo alienare nisi parabola potestatis Brixie vel consulum comunis omnium vel majoris partis data in publico consilio cum campana sonato et voluntate consilii quolibet ore ad os interrogato in quo sint ad minus centum viri. Liceat tamen cuilibet super his ultimam voluntatem condere dummodo tali persone relinquat que sit ydonea et que a potestate vel consulibus comunis aprobetur in consilio predicto modo facto et que persona teneatur habitationem castri seu burgi facere secundum quod alii faciunt. Si vero ab intestato decesserit successores ab intestato masculi teneantur predicto modo habitationem facere. Si vero femine fuerint mariti earum teneantur ad habitationem predicto modo faciendam vel alicui viro vendant et alienent parabola potestatis Brixie vel consulum predicto modo data. Qui vero habitationem predicti loci deserverit vel q. predictum modum alienationem fecerit sine parabola

potestatis vel consulum per duos menses continuos totum jus quod habet ibi amittat et ad coe revertat. Item nulla domus coppata castri seu burgi aut ville possit alienari alicui exportanti eam extra curiam dicti loci et si quid fecerit predictum domum seu extimationem amittat. Item ut nullus possit levare canevam seu edificium in castro ultra andatorium et in burgo non possit edificium aliquid altum facere vel levare ultra XX brachia sine parabola potestatis vel consulum Brixie in consilio predicto modo data. Item ut nullus servus neque ancilla debeat habere nec possit partem nec adquirere in castro predicto nec burgo neque villa nec possit in his succedere. Item ut omnes habitatores in predicto castro seu burgo aut villa et eorum successores ibi habitantes vel de cetero venerint ibi habitare dicto modo habeant libertatem de omni honere a comuni Brixie imponendo dehinc usque ad XXti annos et per XXti annos sint liberi sicut cives Brixie. Et quolibet die martis habeant mercatum ibi liberum sine exactione aliqua vel rivatica sive corethura sive aliqua alia exactione. Item ut potestas vel consules qui pro tempore erunt teneantur suprascriptum datum et libertatem manutenere et defendere habitantibus ibi in dicto loco et teneantur ponere in sacramento potestatis vel consulum qui venient p. eum vel eos seu in statuto comunis omnia predicta observare et attendere. Hec sunt nomina habitatorum castri Canedi et burgi et ville quibus factum est predictum datum, et jam dicta libertas est concessa et predicta omnia que superius leguntur, videlicet:

Iohannes zucchi de retholdesco. paparottus ejusdem loci. imblavatus de retholdesco. lafrancus porcii de flesso. bellentinus de prato alboino. dnus wilelmus de ramethello. dnus federicus de buzolano. graciolus de mezanis. albertus de curte athelardi. ofredus de tiardo. calmatinus de buzolano. bellebonus de cremezano. dnus gabriel de buthizolis. bonfatus de mercato. dnus otto de mariana. lombardinus de motelfa. zanicardus de flesso. petrus de mantuana. albertus ejus filius. niger de buzolano. albertus squarzaburgus. ombonus de ostiano. otto de seo zenesio. oggerius de castro wiffredo. bonaventura de eodem loco. mizferrum d' aquanigra. albertorius de visano. iohannes de

rimoldesco. carlus de flesso. crescentius de rimoldesco. lafrancus de turresella. maffeus de rimoldesco. albertus de flacosso. iacobus de rimoldesco. girardus de rimoldesco. ombonus de gambara. richettus de gambara. gazolus de gambara. rezatus de gambara. grilandus de gambara. albertus avolici. petrus de urceis. lafrancus de gambara. quarinettus de gambara. favallus de mariana. iacobus de prato alboino. albertus ferrarius de cremezano. petrus de cremezano. berenzius d'aquanigra. albertuxius de vixano. lafrancus de tuardo. iacobus pistor d'aquanigra. petrus de calino. albertus merzi de petergnaga. venturinus de casali mauri etc. girardus de alfianello etc. oprandus de temolinis. fidelis brixia. ubertus de asula. gaforinus de asula. nicolaus de asula. barba de surbano. marchisius de brixia etc. dnus martinus de corviono. dnus ottonellus de verona. benvenutus de gambara. ioannes de milzano . . . salamonus de aquanigra . . . ricardus de ysolella. cremasckemus de cocallio. lantirolus de cocallio . . . obellus de volungo etc. *(Si omettono tutti gli altri intervenuti).*

Interfuere isti qui erant ad contionem scripti et electi p. testibus etc. albertus de concesio. lafrancus de porta. gezo de turbiado. gotffredus de pallatio. bonacursus de cazago. giroldus de pontecarali. martinus ugonum. benvenutus pregnache. iacobus de gathezolo. iohannes bocca. bellatus cigamice. albertonus. iohannes patàri. albertus gotta. marchisius de garzia. girardus birzii. galcerius de calcaria. redulfus de virola. lafrancus buzii. armanus orianus. obertus tomatus de pontecarali. redulfinus advocatus. obizo de sco gervasio. arichettus gotta. accatatus de capite pontis. obizo belini. botajanus cariola. ioannes d'aguzno. gratiadeus luchari. iohannes leccapestis. boccamezza sallari. bonacursus de calcinado. berardus stefani. ioannes faba. ugo ugonum. tomasius de pallatio et tota concio congregata. Actum est hoc feliciter ut scriptum.

Ego ioannes q. avigaci de porta matulfo dni ottonis imp. notar. et hunc scriba cois brixie his omnibus interfui etc.

## CCLXIV.

( An. 1221 — 1 novembre )

### Biemino da Manerva.

Inedito 1.

*Privilegio di Federico II a Biemino suo milite e campione.*

Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis Sacri Imperij fidelibus præsentes litteras inspecturis gratiam suam, et omne bonum. Ex parte Nicolai judicis filij qm Roberti filij qm Biemini de *Manerva districtus Brixiæ* Nobis pro se ac nomine et vice Benevenuti eius fratris, et filij qm dti Roberti, ac nomine, et vice filiorum nepotum, et pronepotum dicti Nicolai, et filiorum Nepotum, et Pronepotum dicti Benevenuti, et omnium, et singulorum ex eis, et quolibet eorum in perpetuum descendentium masculorum extitit humiliter suplicatum, quatenus infrascriptum Privilegium, et in feudum concessionem innovari et confirmare de benignitate Regia dignaremur, cuius tenor sequitur in hæc verba.

1221. — In nom. Sanctæ, et individuæ Trinitatis. Fhædericus divina favente clementia Roman. Imper. semper Augustus etc.

Ob remunerationem plurium obsequiorum, ac fidei, et amoris erga Nos, et coronam Nostram per *Bieminum de Manerva districtus Brixiæ* fidelissimum nostrum hactenus præstitorum, nec non ob duellum, quod ipse pro Nobis gessit, et obtinuit in vinculum, et signum dilectionis damus, tradimus, et concedimus, in feudum et vice feudi eidem Biemino de Manerva pro se, suisque filijs, Nepotibus, et Pronepotibus, nec non omnibus aliis ex eis in ppetuum descendentibus masculis videlicet legitimis recipiendi dummodo in ullam feminam, nec personam extraneam transferatur, infrascriptas res, et bona vid. Primo *Roccam de Manerva sita super ripam lacus Benaci qui nunc vocatur lacus Gardæ*, cui coheret a mane ipse lacus, a sero villa de Manerva. Item unam petiam terræ aratoriæ, olivatæ, et buschivæ iacentis in dicto Territorio de Manerva in contrata Castegnati post dictam Roccam, cui coheret a meridie dicta

1. Arch. Mun. di Bresc. L, parvo, f. 3 - Cod. 132 della mia Raccolta, p. 39.

Rocca, a monte lacus suprascriptus. Item unam petiam Terræ aratoriæ, vitatæ, prativæ, vegræ, et buschivæ iacentis in dto Territorio in contrata Palludis Saxi, cui coheret a sero Caphrinus de Manerva in parte, a monte angulum saxi. Item unam petiam Terræ prativæ iacentis in dicto Territorio in contrata Festolæ, cui coheret a sero via, a meridie *plebs Tenensis.* Item unam petiam Terræ aratoriæ, et olivatæ iacentis in dicto Territorio in contrata Tougnag, cui coheret a sero via in parte, a monte, et a mane illi de Cruce in parte. Item unam petiam Terræ aratoriæ, vitatæ, et olivatæ iacentis ibi prope, cui coheret a mane lacus, et a sero suprascripti de Cruce. Item unam petiam Terræ aratoriæ, et olivatæ iacentis in dicto Territorio in contrata de *Montinellis,* ubi dicitur ad ocherium, cui coheret a monte a sero et a mane via. Item unam petiam Terræ aratoriæ, et olivatæ iacentis in dicto Territorio in contrata Rivi mortui, cui coheret a sero, et a meridie via. Item unam petiam Terræ aratoriæ, vitatæ, olivatæ, et vegræ iacentis in dicto Territorio in contrata Stasolæ, cui coheret a mane lacus. Item unam petiam Terræ aratoriæ iacentis in dicto Territorio in contrata Silvæ, cui coheret a sero Dugale, a mane via in parte. Item unam petiam Terræ aratoriæ, olivatæ iacentis in dicto Territorio in contrata de Pratis de Secellis, ubi dicitur ad stratam, cui coheret a meridie via. Item unam petiam Terræ aratoriæ, et vitatæ iacentis ibi quoque, cui coheret a monte via, a meridie illi de Cruce suprascripti. Item unam petiam Terræ aratoriæ, vitatæ, et olivatæ, ibi prope, cui coheret a monte, et a sero via, a meridie Vacalla. Item unam petiam Terræ aratoriæ, olivatæ, et vitatæ ibi prope, cui coheret a monte, sero, et a mane via. Item unam petiam Terræ prativæ iacentem ibi prope, cui coheret a mane via, a meridie *illi de Gavardis.* Item unam petiam Terræ aratoriæ, olivatæ, vitatæ, et vegræ iacentis in dicto Territorio in contrata Ponticelli, cui coheret a mane, et a sero via. Item unam petiam Terræ aratoriæ, et olivatæ iacentis in dicto Territorio, in contrata, ubi dicitur Sabloriana, cui coheret a sero via Loxettus in parte. Item unam petiam Terræ aratoriæ olivatæ, etc.... proxime, ubi dicitur *ad clausuram,* cui coheret a monte, et a sero via in parte. Item unam domum

sedumatam, et cortivatam iacentem *in villa de Manerva in contrata Ulmi sive plateæ*, cui coheret a monte, a sero, et a mane via. Item unam domum iacentem ibi prope, cui coheret a mane, a meridie, et a sero via. Item unam petiam Terræ aratoriam, vitatam, olivatam, et vegram iacentem in dicto Territorio in contrata Mercatelli, a sero lacus, et a mane via. Item unam petiam Terræ aratoriæ, et olivatæ iacentis in dicto Territorio in contrata plebis sive de Rolijs, cui coheret a monte, a mane, et a sero via etc. (*omessa la descrizione di parecchie altre terre*). Item unam petiam Terræ iacentem in dicto Territorio in contrata Silvæ, cui coheret a mane, et a meridie via, a monte Loxettus salvis alijs coherentijs verioribus. Item damus, tradimus, et concedimus in feudum, et vice feudi eidem Biemino pro se, et heredibus, quibus supra recipienti, quod possit, et valeat habere *in Valletenensi districtus Brixiæ Vassallos usque ad centum*, et eisdem Vassallis dare, concedere, et tradere in feudum, et vice feudi de omnibus, et singulis bonis immobilibus, quæ ipse Bieminus habet, et in futurum ipse, et eius filij Nepotes, et Pronepotes, et quilibet masculi ex eis, et quolibet eorum in perpetuum descendentes habebunt, dummodo eisdem Vassallis non tradant in feudum de suprascriptis bonis, quæ eidem Biemino damus in feudum ut supra, et generaliter damus, concedimus, et tradimus eidem Biemino pro se, et nominibus, quibus supra recipienti in feudum et vice feudi omnia bona immobilia, quæ ipse Bieminus eiusque filij Nepotes, et Pronepotes, et omnes alij masculi ex eis in perpetuum legitime descendentes acquirent in perpetuum in civitate, eiusque Territorio, et districtu aliquo iure seu titulo tam tacito, quam expresso. Ad habendum, tenendum, et possidendum etc. salvo et jure fidelitatis debitæ pro nobis et success. nostris faciend. etc. Ita pro firma et grata habebimus et tenebimus, et insuper, quia non modicam querelam recipimus quod ssta bona *et etiam aliqua alia quæ antecessores dicti Biemini a D. Federico Imp. avo nostro in feudum tenebant* sine licentia pignoraverunt etc. et vendiderunt etc. in grande damnum imperii nostri, et in prejuditium dicti Biemini, habito ergo super hoc consilio Episcopor. Ducum

Marchionum et Comitum sive et Palatinorum judicum etc. sancimus tenore presentium ut dicto Biemino nec non ejus filiis etc. non liceat suprascripta bona ei data in feudum ut supra, nec ea que dictus Bieminus ejusque filiis nepotes etc. acquirent in et sup. territorio et districto Brixiæ in totum vel in parte vendere vel pignorare etc. sine licentia nostri vel success. nostr. volentes ad hoc ut successores dicti Biemini propter ejus probitatem et virilitatem amplificentur divitiis et honoribus etc. et ut dicti Biemini *qui causæ nostræ coronæ defendendæ se posuit ad preliandum cum inimico nostro quem sua probitate nobis subjugavit,* probitas universis et singulis sacri nostri Imperj divulgetur, et ut hi qui vitam suam pro nobis omnibus periculis exponunt non sint irremunerati etc. indulgemus ut dictus Bieminus ejusque filii stare et habitare possint in Civit. Brixiæ et in ejus districto sive in territorio vel et in sspta rocca et in quacumque alia civit. *(qui si concede loro che giunti in quella città s'abbiano a considerare* ipso facto *cittadini di quella ecc.)* et esse debeant immunes et exempt. etc. singulis taleis datiis gabellis etc. *(omesse le pene dei trasgressori del privilegio).* Unde predictus Bieminus promisit prelibato D. Imperatori pro se et ejus successoribus recipienti, et juravit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis scripturis fidelitatem et vassallagium in perpetuum etc. et imperium quod habet vel success. ejus habebunt pro posse suo manutenere juravit et defendere. Et in fidei osculo interveniente, et presentes concessiones volumus quod perpetuo durent etc.

Signum Federici etc. Acta sunt hæc anno a Nativitate Domini 1221 Kalend. Novem. Indict. nona Imp. Dno nro Federico Romanor. Imper. et Rege Siciliæ anno Romani regni ejus octavo in Sicilia XIIII Imperii nostri secundo [1].

*Segue la conferma del privilegio fatto dal mentovato Enrico Imp. al predetto Nicolò nipote di Biemino, e termina* = Datum Mediolani IV Calend. Febr. 1311 regno vero III. Ego frater Enricus Trident. Episcop. sacræ Imp. Aulæ Cancellarius vice Dni Henrici Coloniensi Archiep. Sacri Imp. etc.

1. Nelle Storie del Capriolo (Venezia 1744) è aggiunta la traduzione di una parte di questo documento.

## CCLXV.

( Anno 1232 — 31 marzo )

### Il comune di Maderno.

Inedito 1.

Suo privilegio concessogli da Federico II, e desunto da una sentenza del 1322 pronunciata *in Brescia* a favore del comune di Maderno dal vicario di re Roberto, riconoscente i privilegi Madernensi, fra i quali s' acchiude il presente.

In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis = Fridericus Divina favente clementia Romanorum Imp. et semper Augustus etc. Decet quidem etc. Committimus concedimus illos vicinos nostros de Materno infra confines suos, in montibus et planis, a modo esse liberos, tam mares quam fæminas nunc et in futurum cum universis eorum bonis et possessionib. cum omni libertate et honore, ac sine ullo impedimento libere et quiete abeant et possideant. Ita quod nec bamnum detur nec fodrum, neque collectam de eisdem bonis alicui persolvat. Salva per omnia imperiali iustitia. Neque Toloneum Ripaticum Hostaticum, sive pedagium nec districtum aliquod quilibet faciant. Nec fiat eis contradictio venandi, piscandi aucupandi per totum Lacum Benacum. Hanc similiter libertatem tradimus, et confirmamus, quod ipsum Comune et Universitas de Materno tam mares quam fæminas cum hæredibus suis, et cohæredibus, servis et ancillis, et omnibus proprietatibus suis usque in infinitum in posterum potiantur, et gaudeant, nullo unquam successore irrumpente vel mutante. Et hoc facimus ex certa scientia et ex consilio Procerum etc. Et finis. Acta sunt hæc anno a Nativitate Domini Millesimo Ducentesimo trigesimo secundo Indictione quinta Imperante domino nostro Friderico Romanorum Imperatore generosissimo, Jerusalem et Sycilia Rege. Anno Romani Regni eius vigesimo, in Sycilia vigesimo quinto, Imperii vero undecimo. Dat. apud Aquilegiam ultimo Martii.

1. Barth. Vitalis *Rerum Maternensium et Privilegiorum Fragmenta.* Codice autografo presso l'Archivio Comunale di Maderno, ed in copia presso di me, Cod. 61, pagine 97.

## CCLXVI.

( 1221 — 1 novembre )

### Il castello di Scovolo.

Inedito 1.

*Privilegio.*

1221. In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, et Rex Siciliæ — Imperialis eminentia iustis postulatio accomodare benignos. Ideoque noscat tam presens etas quam successura posteritas, quod nos respicientes et animadvertentes concessionem sive indulgentiam et investituram quam dominus Fridericus avus noster fecit comunitati et universitate de *Scovolo in territorio bristano* eam concessionem ei datam sive investituram ad instantiam Alberti tridentini episcopi qui nobis et imperio fidelis inventus est, auctoritate imperiali confirmamus, corroboramus atque . . . . donamus, quod ipsum Comunem et Universitatem de Scovolo mares et feminas cum uxoribus et filiis ac filiabus eorum, servis et ancillis suis omnibus proprietatibus et substanciis eorum mobilibus et immobilibus presentibus ac futuris sub nostre imperiali . . . . . ex integro in perpetuum recepimus. Precipimus itaque ut nulla civitas, nullus episcopus dux marchio comes seu aliqua persona dictum comunem et universitatem de Scovolo in eo loco habitantes nunc et in futurum distringere pignorare vel calumpniari presumat, nec fiat eis contradictio venandi piscandi negotiandi aucupandi per totum lacum Benacum. Ripaticum, Tholoneum, hostiaticum aut aliquam publicam factionem ab eis aliquem exigat. Et si quis contra predicta venire temptaverit centum libras puri auri persolvat medietatem camere nostre, aliam medietatem injuria passis. Ut autem hæc vera credantur signo et sigillo nostro iussimus inferius comuniri. Hujus rei testes Albertus sancte magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Albertus tridentinus episcopus, Andrea alpinus, Ramaldus duca et reliqui.

1. Antico apografo notarile pergam. presso il comune di s. Felice.

Signum domini Friderici Romanorum invictissimi imperatoris et regis sicilie.

Ego Coradus metensis et spirensis episcopus imperialis aule cancellarius et totius Ytalie legatus recognovi.

Acta sunt hec anno a nat. domini Millesimo CCXXI Kal. Novembri Indict. Nona. — Imperante domino nostro Friderico Romanorum imperatore semper aug. et rege sicilie. Anno romani regni eius VIII, in sicilia XIIII. Imperj vero secundo. Dat. apud Narinum fideliter. Amen.

In xpi nomine. Anno a nat. eiusdem corrente MCCCVII Ind. V die penultimo Madii. sub porticu Broleti cois brix. present. ottone prandi Donado de Bornado Martino de carsina omnib. nots et pluribus aliis testibus rogatis. Ibi coram dno Iustacho de paraticis consule justicie brix. et ejus verbo auctoritate et decreto. Ego Brixianus etc. *(seguono le precise autentiche dei tre notari, quali stanno sotto il privilegio di Federico I. 1156, da noi pubblicato).* — *Da un codice della raccolta Rosa è sottoposta al privilegio questa riconferma* =

1408. Post hæc labentibus annis... locus ille de Scovolo in duo nomina reperitur esse mutatus ita ut nunc de Sancto Felice et Portesio noncupetur a nonnullis in dubium vertitur an homines et comunitates dictorum duorum locorum illis debeant perfrui privilegiis que hominibus et comunitati de Scovolo antea concessa inveniuntur, nobisque supplicatum est ut super his opportune providere dignaremur. Nos autem attendentes quod mutatio nominis non variat rei naturam .... hinc huius nostri edicti serie declaramus atque decernimus omnes et singulas libertates exemptiones et protectiones dictorum imperatorum ipsis hominibus de Scovolo concessas ad homines et comunitates de S. Felice et de Portexio de Romane regie potestatis auctoritate ..... confirmamus roboramus innovamus et presenti scripto patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. ..... Si quis autem hoc aptentare presumserit etc. ....

Dat. in ..... Civitate die decima mensis octobris anno domini Millesimo quatringentesimo quadragesimo octavo,

Regno vero nostri anno nono. — Ad mandatum domini Regis in consilio.

1447. Franciscus Sfortia Vicecomes etc. Exibitum et productum fuit coram nobis . . . . presens previlegium et pro parte hominum et Universitatis Terre Scovoli cum confirmationibus et annotat. petentium et requirentium a nobis dicti . . . privilegij confirmationem. Unde attendentes erga nos fidem et devotionem etc. . . . . per dictorum hominum etc. . . . . supplicantibus annuere, ut ad ipsorum devotionem erga nos vehementium animentur: Et nunc presens previlegium cum supradictis confirmationibus, juxta tenorem et effectum ipsius ut supra jacet presentium tenore confirmamus, coroboramus et reformamus, Mandantes omnibus et singulis ad quos spectat vel spectare poterit in futurum, ut has nostras reformationis litteras ad litteram observent, faciantque inviolabiliter observari etc. . . . . sub nostre indignationis pena. Dat. in fel. . . . . castris *contra* Brixianam. Sub nostro sigilli Impressione die vero XXVII septem. MCCCCXLVII.

## CCLXVII.

(Secolo XII e XIII)

### Gli statuti del Comune di Brescia.

Inedito 1.

A tutta recarvi la serie degli statuti confusamente nel patrio Codice raccolti non basterebbe un grosso volume. Fui sulle prime per mettervi non foss' altro un po' di ordine cronologico, ma poi m' accorsi d'un altro spinajo: perchè non tutti portano data, ed anzi e' sono per lo più di tempo indeterminato e raccolti e registrati di quando in quando alla rinfusa dalle moltiplici Commissioni elette a rivederli e a riformarli: talchè, per mo' di esempio, li revisori del 1254 infilzavano, mi si passi la frase, statuti, provisioni ed ordini antecedenti d'ogni tempo senza indicarci l'età di nessuno, paghi di porre allo statuto una data quando loro venisse il capriccio, o quando anch' essi la ritrovassero nel Codice da cui lo toglievano. E v' ha di peggio; perchè il povero notajo che si vanta nel nostro Codice d' aver messa un po' di luce dentro a questo labirinto, con tutta la

1. Codice Pergamenaceo Originale di proprietà del Comune di Brescia, depositato nella Quiriniana.

buona fede ne raddoppiava le tenebre; talchè ne usciva un caos di consuetudini, di leggi, di statuti, di *promissioni*, di giuramenti, di convenzioni molteplici, agglomerate senz'ordine di data o d'argomento, o non foss'altro copiate coll'intenzione di dar loro una forma qual ch'ella fosse. Meglio a fare non c'era che a seguirlo ne' suoi ravvolgimenti; e temperando la mole di quegli statuti al Racconto istorico ed alla vostra pazienza, recarvi mano mano i più singolari, dolente io vel confesso, di non potervene offerire la serie intera. Omai l'esuberanza dei documenti mi fa sentire l'imbarazzo della scelta: e forse avverrà che il Cod. Dipl. Bresc. emancipandosi dai limiti prescritti, vi si presenterà in tutta la sua interezza. Riserbandomi più innanzi la continuazione degli statuti, eccovi intanto i tre primi libri e le vecchie consuetudini raccolte nel 1225 ai tempi di Guidone Gizardo podestà di Brescia.

Hæc statuta comunis Brixiæ de latibulo confusionis exposita claritati. Se cuncta siquidem erant olim statutorum membra que pertinere noscebantur ad idem et sparsim locata per varias libri partes unde sine tediosa concaucionis indagine veritatis integritas non poterat reperiri contrarietas et diversitas in quibusdam legentium mentes diversis dubitationibus impugnabat. Insuper quod obscuritati porrigebat augmentum iuncta simul erant utilia cum superfluis et approbata consilio cum cassatis. Et sic predictis occasionibus q. querebant in statuto aliquid velut per nemus tumitate carens ancipites vagabantur. Sed resecatis quod superfluitas viciabat, eliminatis quod consilium robore denudavit contrarietatis opugnatione sublata, singulisque pertinentibus ad eandem materiam sub titulo competentibus laudabiliter agregatis certe dispositionis ordine quo via facilitatis adquirenda tribuit prout liquet inspicientibus statuta ipsa dispositione sunt debite ordinata anno Dno MCCLXXVII. Ind. quinta.

Hec modo preclarent — licet olim condita starent.
Nube sub obscura — peperat quam spersio dura.
De quibus exceptum — fuit omne quod stat ineptum.
Versibus et prosa — constructio fit preciosa.
Tunc epygramma placet — cum sub utraque jacet.
Laus gloria xto — versu referatur in isto.
Quo lux formatur — gratia ubicumque datur.
Laus gloria xto — de cuius munere sisto.

De sacramento et offitio et salario et satisfatione potestatis. — De registro et statutis et denunciationibus pro exhonerando. — De consiliariis et consiliis. — *De spiis* et ambaxatis et euntibus pro coi. — De debito cois solvendo. — De securando palatio et custodia broleti et carceris cois. — *De augmentanda civitate* et immunitatibus p. hoc concessis. — De prelatis et pastoribus ecclesiarum. — De elemosinis et concessionibus amore dei faciendis. — De tholomeis et pedagiis et de feris fatiendis. — De strata mantuana assignanda et ut negotiatores securi vadant. — De mutuis et dathiis seu fodris. — *De aptandis castris riperie Oley.* — De prohibitis in locis brexiane. — *De afranchitanda terra Mosii.* — De providendo ad statum castrorum et mercati novi. — De mercatis et mensuris. — De blava et victualibus et rebus nascentibus in nostro districtu servandis. — De emendando breve comunis. — De innovando regimine civitatis. *(È smessa nel Codice la continuazione* [1] *di questa importante nomenclatura).*

*(Manca l' intestazione al libro I).*

1. (*Carte* 11). Iuro ego vicarius etc. [2] *(sive potestas).*

4. Item non exibo epatu brixie nisi propter gueram comunem nisi de voluntate totius consilii comunis Brix. cum campana sonati vel duarum partium ore ad os interogati.

7. *De dampnis et guastis datis et factis proditoribus comunis* [3].

1. Una prova della tutt' altro che diligente riordinazione degli statuti nel proemio asseverata in versi ed in prosa gli è quest' indice di statuti messo a capriccio, desunto da un Codice statutale di cui non s' è fatto in seguito caso alcuno, e del quale non ci è nota appunto che questa parte dell' indice, bastevolmente curiosa.
2. La voce *vicarius* mi fa credere che il presente giuramento fosse cosa dei tempi degli Angioini. La serie degli statuti consecutivi sono tante promissioni del podestà medesimo, e come a dire altrettanti giuramenti di obbedienza a quelle consuetudini urbane che nell' ingresso della podesteria dovea promettere di osservare egli medesimo e la sua corte, e di far mantenere altrui. Sono le formole antiche di parecchi statuti comunali dell' Italia intera, ch' altro non erano *per la maggior parte* che promissioni e giuramenti del podestà. Valga l' esempio degli statuti Genovesi.
3. Il testo a caratteri corsivi indica un titolo di statuto.

8. (1248). *Ut potestas nec ejus miles vel judices ducat secum filium* — vel fratrem vel nepotem vel germanum consanguineum vel generum etc. MCCXLVIII (*carte* 12).

11. (1245). *De libris Statutorum.* — Item tenear quod sint tres libri statutorum, unus quorum remaneat apud potestatem et alius ad cameram comunis. Tercius vero liber remaneat apud quendam bonum et legalem not. constitutum ad morandum in broleto novo cois brix. horis convenientibus et in loco competenti qui teneat et conservet ipsum librum statutorum. Et unum librum similiter de bannitis perpetualibus et bannitis pro maleficio secundum quod consueverunt esse libri in pallatio cois et ex eis libris debeant facere copiam omnibus petentibus et volentibus gratis et sine aliqua datione seu exatione pecunie et habeat meritum conveniens a coi brix. Sed teneatur potestas eos manutenere et additiones et correctiones Statutorum teneatur potestas facere ponere in quolibet volumine statutorum infra duos menses sui regiminis et ad hoc eligat duos judices et duos not. MCCXLV Indict. tercia.

12. (1245). *Ut potestas teneatur servare statuta* (MCCXLV).

13.... Quod potestas teneatur infra primum mensem sui regiminis facere consignare libros reformationum omnium consiliorum factorum per precedentem potestatem tam de primo medio anno quam de sequenti medio anno et omnes alii... ponantur in ceteris voluminibus et comittantur conservari notario qui tenet statuta. Et libros bamnitorum in camera broleti novi sub scalis. MCCLIIII (*carte* 15).

14. Item tenear servare omnia statuta cois brix. nisi habuero verbum de hoc a quatuor partibus consilii generalis ore ad hos interrogati in quo consilio sint trecent. de consilio ad minus.

17. (1251). Item statuerunt et ordinaverunt correctores quod de aliquibus statutis precisis et non precisis *non possit potestas absolutionem accipere vel habere a papa* vel aliquo legato apostolice sedis postquam electus fuerit ad regimen nisi de voluntate quatuor partium consilii generalis in quo sint trecent. homines ad minus. Et si contrafecerit amittat de suo salario centum libr. imp. Anno MCCLI. Ind. IX (*carte* 15).

21. (1249). *Ut quilibet possit denunciare potestati ut observet*

*aliquod capitulum Statutorum*... Additum est millo CCXLVIIII. quod idem intelligatur et locum habeat etiam in militibus potestatis, vicarii vel rectoris. Et quas penas tenear vel teneantur solvere antea quam exeam de meo regimine etc. (*carte* 13).

26. Item tenear quod ego potestas vel aliquis de mea societate ... non debeam vel debeat ferire aliquem brixie vel brixiane obedientem coi brix. nisi esset in exercitu vel cavalcatis quando pedites vel milites exeunt de scheris vel nisi in mescantia vel rixa etc. (*carte* 13).

27. Item non possim ego potestas nec judices nec milites mei etc. . . . . ludere ad azardum vel aliquid ludum buschatie in hospitio meo nec in pallaciis cois neque in circuito eorum nec ad tabulas cum aliquo de civitate brixie vel ejus districtu.

28. Item tenear providere ne aliqua purgamenta vel aliquo turpe prohijciatur de domo mea super ecclesiam sci Petri de Dom etc. — MCCXLVIII (*carte* 13).

38. (1231). Item notarius habeat tantum unum equum per brixianam nisi venerit cum potestate et sine vectura. Et extra brixianam habeat notarius duos equos et pro vectura unius equi quolibet die VI imp. MCCXXXI.

44. *De salario constituto ambaxatoribus pro eundo ad papam vel Imperatorem* (*carte* 18).

47. Item si aliquis equus fuerit manganatus in servicio cois in cavalcatis vel ambaxatis tenear ego potestas sacramento facere illum extimari etc.

49. *De solutione facienda pro equis mortuis et manganatis.*

53. *Ut trombatores habeant equos.*

54. (1245). *De solutione salarii trombatorum.* —55. *De eodem.* Addunt corectores supradicto capitulo q. potestas teneatur precise dictam solutionem eis facere secundum formam dicti statuti MCCXLV. Ind. III.

56. *De carcere cois custodiendo.* Item tenear quod carcer cois custodiatur pro coi brix. per duos bonos et ydoneos homines . . . . . qui non sint ministralibus cois et tenear ego potestas in omni yeme facere dari carceratis duo plaustra palee et eos carceratos facere videre omni mense per meos nuncios judices vel milites, et custodes dicti carceratis non possint nec

debeant recipere a dictis carceratis ultra duos soldos impr. pro compedibus seu boghis nec ultra uno mez. quolibet die pro sua custodia p. quolibet eorum etc. (*carte* 16).

57. Item ut quinque porte pallacii seu broletti claudantur et aperiantur omni die et de die stent aperte ita quod non possint claudi occasione consilii etc.

58. Item statutum etc. . . . quod nulla persona possit vel debeat hedificare vel hedificari facere circa pallatium cois brix. vel populi vel brolettum vel plateam seu domos cois aliquam domum vel aliquod edificium que vel quod sit in culmine alcior vel alcius quam sint aree balconorum pallacii maioris coi brix. undique prope ad CC brachia.

59. *Ut nemo exeat civitate nec ejus districtu etc.*

Item bona fide tenear prohybere quod nullus de civitate brixie vel ejus districtu exeat civitatem vel ejus districtum nec vadat ad habitandum in aliam terram vel civitatem extra civitatem vel districtum brixie sine mea licentia, et si aliquis vel aliqui iverint faciam ei vel eis guastum in omnibus suis bonis et omnia sua bona in comuni brixie publicato non obstantibus rationum suarum uxorum.

60. Item tenear dare operam . . . . ut prelati et pastores qui sunt eligendi in ecclesiis sitis in brixia et brixiana et ejus districtu sint et esse debeant natione hominum brix. et brixiane et fideles illustri regi Karoli et partis Ecclesie regentis Brixiam (*eccovi una delle molte introduzioni di statuti Angioini fra gli antichi preesistenti*).

61. (1251). Item . . . quod circa locum sci Dominici a mane parte dicti loci nulla domus . . . . . extruatur quod habeat fenestram aliquam vel spectaculum per quam vel quod possit intra ipsum locum fratrum predicatorum et hoc ob reverentiam Dei ne seculares videant quod faciunt fratres ib. MCCLI.

62. Item tenear ego potestas *si obbliga pagare alla Pasqua ed al Natale tre lire imperiali ai padri Domenicani.* Item totidem fratribus minorib. Item totidem dominabus de sca caterina de sco Jacopo de la Mella. Item totidem infirmi de sco matheo. Item XX sol. imp. heremite et fratribus ac sororibus ecclesie sce Marie de Zerpento. Item consortio sci spiritus. Item addi-

tum est MCCLII quod pro comune tantum detur fratribus heremitanis de busco etc. quantum datur fratrib. predicat.

63. Item etc. quod CCL lib. imp. dentur per massarios cois brix. fratribus heremitanis de conventu brixie hinc ad V annos vid. L libr. imp. pro quolibet anno pro edificatione et construct. eccl. bti barnabei.

64. (1252). *I frati minori assolti dal dazio e dal tolomeo.*

65. (1253)... dentur omni anno fratribus heremitanis sce Marie de Unsado de ultra Mella etc. a. MCCLIII *(carte 17)*.

66. Item etc. quod in parietibus muri recte a monte parte eccl. sci petri de Dom nullum ostium nec fenestra aliqua debeat adesse nisi esset ferata. Item in ecclia sci petri de Dom fiant pro coi brix. banca bona et pulcra et inter columnas ejusdem ecclie sicut consueverant esse. Et ipsa ecclesia spacetur et mondetur etc.

67. Item . . . quod cum videtur excrescere . . . gravamen fratribus et sororibus sci salvatoris ecclesie, murus qui circuit domus suas inter ambas stratas euntes ad portam *arbuffoni* in angolo non debeat removeri sed remaneat etc.

68. Item . . . quod nullus . . . audeat . . . vel vendere debeat alicui religiose persone terram...extra circam *(la cerchia delle mura)* civitatis brix. in clausuris brix. . . . pro duo miliaria etc.

70. *Promette il podestà d'impedire che alcuno esiga dazi o tolomei, tranne che pel Comune.* Salva ratione Confanoneriorum et illorum de Pallatio, et quod ego Potestas possim cognoscere si dni de Ello habent jus mercati d'Iseo, et si quod habent consèrvetur eis.

72. (1254). Addunt correctores q. illi de Pallatio qui habent tensam possint in qualibet terra district. Brix. habere suos nuncios pro ipsa tensa colligenda a forendanis MCCLIV.

74. Item quod nullum pedagium accipiatur ab aliquo tempore *ferarum broli et castri.*

75. Item ut fera broli sit et fiat in sca maria augusti ut consueta est fieri et in ea non ponantur suprastantes sed consules iusticie faciant in ea rationes etc.

(1252). Item . . . addunt etc. . . . quod fera castri fiat . . . tempore quadragesime sicuti fieri consueverant, et quod de ipsa

fera facienda teneatur potestas facere concilium generale per totum mense januarj etc. MCCLII (*carte* 18).

77. Item nullum tolomeum vel pedagium auferatur in Valtrumpia in strata vel senterio etc.

80. (1246). Item addunt... correctores quod nemo presumat accipere . . . aliquod buscaticum sive datium alicui civ. brix. pro lignis montis Gubii etc. MCCXLVI *(lasciato libero a tutti).*

81. Item . . . quod nullum datium auferatur per aliquos officiales cois Brix. nec per illos qui emerint piscariam que fit circa pallacium majus com. Brix.

83. Item tenear ego potestas... providere et facere ne aliquid datium vel pugnaticum auferatur vel accipiatur . . . . . per heredes Lafranci Marcii, *e se questi contradicessero o chiedessero qualche cosa* caput eis debeat amputari.

84. Item . . . . quod omnis merchetendia de qua solvitur tolomeum introducatur in civit. Brix. et exportetur solumodo per duas portas scilicet per portam sci mathei et per portam sci iohannis. Et nihil de q. solvitur tolomeum exportetur sine sigillo tolomei etc.

85. Item quod qui stant ad tolomeum non debeant accipere de aliquo sigillo ultra duos imperiales. Et notarii qui stant ad portam sci Mathei et sci Iohis non debeant accipere pro exemplatura alicuius sigilli ultra duos imper. etc. MCCLI (*carte* 19).

88. Item . . . si qua merchetendia de qua solvi deberet tolomeum inventa fuerit Yse, *Pescherije,* sive in partibus illis, sive *Salodi* sive in partibus illis conducta a civitate brixie vel ab aliqua terra de districtu brixie sine sigillo tolomei, predicta merchetendia et bestie que portarent vel portavissent vel trahent etc. amitantur et perveniant in comune etc.

89. Item . . . quod sal, rosum et oleum nullo modo conducatur per stratam de Buarno neque per stratam de Vallibus et Cayno etc.

90. Item . . . quod IV imper. pro qualibet libr. solvantur com. et pro tensa de merchetendia grossa VII sol. impr. pro quolibet plaustro et XII imp. pro qualibet soma . . . exceptis sal, rosio, et oleo, valania de bambacio, pisce, plumbo et guado in quibus servetur modus consuetus.

91. Item . . . quod comunia terrarum brixiane que sunt a strata Ysei et strata Desenzani *veglino che alcuna merce non si conduca nelle terre loro.*

92. Item . . . quod omnes merchetendie et omnia victualia que conducuntur de civitate vel districtu Mantue seu de illis partibus conducantur a Guthizolo ad Monteclarum et a Monteclaro Brix. Et . . . que conducuntur de civitate Cremone vel districtu seu de illis partibus conducantur et conduci debeant ad civitatem brixie tamen per rectam stratam venientem a Pontevico Manervium et a Manervio Bagnolum et a Bagnolo Brixiam. Et merchetendie etc. que conducuntur de civitate Pergami seu de illis partibus conducantur . . , . per rectam stratam venientem a Palazolo Brixiam.

93. *In primis* quod ponatur in sacho equorum tanta quantitate ferri [1] que sint XXX penses de qua accipiatur V sol. imp. et III ipr. pro sacho.

Item de sacho dothorum (sic, *forse per* clothorum) equorum XXVI pens. de quo accipiantur VI s. ipr. pro sacho.

Item de sacho azalorum XXX pens. de quo accipiantur VI sol. pr. sacho (*carte* 20).

Item de sacho ferri XXV pens. de quo accipiantur XLV ipr. pro sacho.

Item de sacho ferri lamerium XXV pens. de quo accip. VI s. ipr. pro sacho.

Item de curtelinis magnis et parvis de toto alio ferro laborato accipiatur ad valimentum hæc est IIII ipr. et dimid. de qualibet libra.

Item quod de plumbo, stagno, ramo, et bruzio de soma accipiatur XVIII ipr. pro exitu.

Merchetendia minuta intelligitur cominum, galetum, lana grossa et his similia.

Merchetendia grossa intelligitur lana suptilis, panni, bambacium et his similia de qua accipiantur de suma III s. ipr. p. exitu et pro introitu XII ipr.

1. Qui parlasi probabilmente di ferro bresciano. Singolare per altro che si debba congetturarlo, e che nessuna parola dello statuto ci parli della sua derivazione e di fucine valligiane!

Item intelligatur esse soma XII pens. pannorum de Mediolano et de Francia medilane fratrum XXVIII penses soma.

De vado, oleo, et rosio conducendo versus sero etc.

Item de soma valenie accipiantur pro introitu III ipr.

94. Item... quod si in aliquo sacco ferri conducendi extra civitatem brixie cujuscumque manerii etc.

95. Item si ferrum vel alia merchatendia de qua debetur navis tolomeum etc.

96. Item... q. si qua persona tractaverit... conducere vel conduci facere aliquam merchatendiam in civit. Brix. vel extra ipsam sine licentia et parabola et licentia fratrum constitutorum ... ad ipsum officium... solvat coi brix. nomine bamni duplum de toto eo q. solvere debuisset p. tolomeo dicte mercatandie si illam presentavisset fratribus tolomei etc.

97. Item dictus frater moraturus ad portam s. Maphey nihil accipiat de scripturis quas faciet occasione dicti rosii et olei et ille qui faciet suprascripta sigilla in Riperia possit accipere de quolibet sigillo l. ipr et non ulterius etc. (*carte* 21).

100. Item tenear... provvideri... in asegurando stratam que vadit Brixiam, *Mantua* ut mercatendia possit deferri ab una civitate ad alia etc.

101. Item tenear dare operam... ut negotiatores... vadant secure per lombardiam ... et concordie inde fiant si discordie sunt etc.

107. (*Carte* 23). Item... quod comunia de *Navis* et de *Flumicello* ponantur ad honera et scufia facienda et sustinenda cum comunibus de Valtrumpia.

108. (1230). Item ... q. comunia terrarum brixiane non possint vendi nec impignare obligari nec ad livellum seu fictum dari. MCCXXX.

109. Item quod quilibet vicini de terris brixiane teneantur jurare salvamentum de villis et locis qui et que confinat secum sicut jurassent salvamentum sue terre: et hoc eodem modo omnes alii qui non habent saltim sextam honoris illius terre et faciant iurare salvamentum illos de sua familia, et omnes consules terrarum brixiane qui iurant sequimentum potestatis jurent compellere vicinos suos supredictos facere sacramentum etc.

110. Item quod aliqua turris non levetur nec domus de cetero in castro sci Georgii ultra septem punctos nisi pro coe Brix.

111. Item ut de cetero nulla turris fiat vel hedificetur in castro *Pontisvici* nisi fiat pro coe Brix.

112. Item nulla fortitia aut levamentum supra portas Pontisvici nisi fiat p. coi Brixie. Item quod non possit mutari consilio vel arengo.

113. Item tenear provideri... ut nulla forticia fiat de cetero super portas *Palazoli* vel mure vel levamentum de cetero in ipsa terra nec extra ipsam terram prope medium miliarium que ascendat ultra sex punctos.

114. Item observabo de castris et terris *Quinzani Pontisvici Canedi* et *Casalialti*.

115. (1277). Item quod nulla turris nec forticium nec aliquid edificium in perpetuum levetur in terra *Gavardi* citra Clesium vel ultra Clesium ultra sex punctos in altitudine. Et si foret in illa terra aliquid forticium vel edificium alicuius ultra sex punctos destruatur pro coi Brix. et reducatur ad modum sex punctorum. Et murus circumdans terram *Gavardi* citra Clisim et ultra Clisim remaneat distructus et si remansisset ad destruendum de illo muro penitus destruetur nec in perpetuum rehedificetur MCCLXXVII.

Additum est per correctores quod dictum capitulum habeat locum et servetur tamen in tempore futuro ita quod non prejudicet alicuius operi olim facto per amicos partis ecclesie. (*tempi Angioini*).

116. Item quod in perpetuum non debeat levari aliqua turris in terra de *Yseo* nec fossatum nec castellum nec portum.

117. Item tenear ego potestas non permittere aliquem vel aliquos levare aliquid edificium nec domum in tota terra de Yseo ultra sex punctos, et si esset turris aliqua vel domus reducatur ad modum sex punctorum.

118. *Ut nullum castrum vel forticia fiat in Brixiana.*

Item... quod nullum castrum a modo fieri debeat in district. brix. neque aliqua fortia ad modum castri nisi tamen voluntate consilii generalis in quo sint quingenti homines de consilio etc.... et si potestas contrafecerit amittat XXV lbr. imp. etc.

119. Item . . . quod si quis de parte adversa haberet partem in aliquo castello vel fortiliciis que fortilitie intelligantur ad plenum arbitrium potestatis *in Riperia lacus Garde* teneatur et compellatur vendere illam suam partem cuilibet amico partis intrinsece brixie qui eam voluerint comparare ad justam extimationem, qui amici et inimici intelligantur ad arbitrium potestatis (*tempi Angioini*).

*Statuti di Mosio.*

121. *(Carte 24)*. 1252. Hec sunt statuta facta que valuerunt MCCLII sup. reformatione immunitate libertate franchitate et statu terre et loci *Mosii* et totius curtis Mosii secundum quod ordinata et facta fuerunt et confirmata in quodam consilio generali tempore dni Fabri de Bononia olim potestatis Brix.

Statuunt et ordinant correctores quod burgum, locus et circa de Mosio et totum terratorium etc. ultra Oleum et citra oleum sicut melius potuerit integraliter mensuretur et extimetur ita quod potherum cois brix. qd antiquitus coe bx habet ibi mensuretur, et extimetur per se pothera *(poderi)* bannitorum cois brix. ex forma bannorum et statutorum cois brix. et alia omnia pothera que in coe brix. devenissent etc. extimentur et mensurentur p. se exceptis illis qui ante inicium istius guere recesserunt. Ceteri vero qui propter paupertatem exissent et qui voluerint obedire rebellib. cois brix. et alio abitare sint in tali stato ut sunt filii habitatores illius terre ita quod eorum potherii eodem modo extimentur et dividantur — et pothera comitum et servorum et ancillarum et obedientium eis per se mensurentur et extimentur, et pothera omnium aliarum personarum singulariter per se, potherum cois de Mosio misuretur et extimetur p. se et potherum ecclesiarum mensuretur et extimetur per se. Que omnia potestas teneatur facere fieri . . . . per totum mensem marcii etc. et ea incipi intra XV dies ab introitu sui regiminis.

122. Item . . . quo completa opera mensurationis etc. potestas pro coi brix. teneatur precise totum predictum potherum secundum extimationem modo factam infra unum mensem acquirere in coi brix. accipere providendo super satisdatione facienda illis quibus debebit satisfieri de ipsa terra etc.

123. *Pei ricusanti* facere datum in coi brix. de ipso potnere etc. totum illud potherum ... deveniat in coi, quod potherum nunquam eis vel eorum heredibus restituatur etc.

124. Item quod potestas teneatur cum deliberatione et permissione sapientium acceptorum de voluntate consilii generalis brix. terram locum et terratorium curie Mosii dividere et compartiri inter omnes homines tam milites quam populares qui habitare debebunt in ipso loco assignando certam quantitatem per mensuram et cum coher. cuilibet militi et cuilibet pediti ecclesie parrochiali de Mosio . . . . Item quod quilibet miles teneatur continue habere equum vel equam de batalia, et potestas teneatur bis in anno inquirere si habent vel tenent illos equos vel equas.

126. Item quod locus qui consignabitur predictis militibus et popolaribus causa habitandi detur eis in feudum a coi brix. sine aliquo precio in quo omnis feudo heredes masculi et masculis deficientibus femine succedant dum tamen habitarent in ipsa terra. De alia vero terra que consegnabitur illis etc. provideri teneatur potestas cum consilio generali.

127. *Carte* 25. Item quod nullus possit aliquid habere in terratorio et curte Mosii nisi habitent continue cum familia sua in terra Mosii (*carte* 25).

128. Item quod in burgo et loco Mosii et tota curte et terratorio Mosii nulla sit vel fiat forcia per aliquam singularem personam nec et pro comune Mosii nisi fiat pro coe bx. et nulla domus levetur in ipso loco vel in tota curte et terratorio Mosii ultra octo punctos.

129. Item quod prope Oleum et q. intus terralium prope ipsum terralium fiat una via ampla versus Oleum de XXIIII brachiis et alibi iuxta teralium ubique de XII brachia. Alie vero vie et platea pro mercato ibidem faciendo fiant et ordinentur cum consilio sapientium.

130. Item quod coe mosii et homines etc. sint liberi et immunes ab omnibus honeribus scufiis et dathiis et mutuis et aliis factionibus civit. et cois brix. de hinc ad XX annos completos et inde in perpetuum sicut civitas brix. excepto exercitibus et cavalcatis.

131. Item quod nullus habitancium intra Mosii contrahat aliquam parentelam *cum Comitibus* aut eorum liberis legiptimis vel naturalibus aut spuriis vel eorum servis aut ancillis eorum. Et quicumque contrafecerit amittat totum idem q. habent in terra curte et terratorio de Mosio.

132. Item si aliqui comitum essent clerici in ecclesia de Mosio aut eorum liberi legiptimi, naturales, spurii vel eorum servi detur opera cum dno Papa et Legatis ejus ut alibi provideant eis. Ita quod nulli eorum remaneant aut debeant esse beneficiarii illius ecclesie aliquo tempore.

133. Vacant correctores, omnia verba scripta in capitulis continentibus de facto Mosii editis MCCLII continentia quod potestas etc. Ita quod potestas vel consilium brix. occasione dictorum verborum non patiantur aliquod impedimentum nec teneantur ad facienda ea nisi de novo super his pro utilitate cois bx. aliquid aliud provisum fuerit. Sed ea capitula conserventur in libro statuti ad abendam noticiam de iure et rationibus quod et quas coe bx. habet in loco Mosii et de his q. olim pro coe brix. fuerunt ordinata super libertate et franchitate illius terre. *(Qui terminano gli statuti di Mosio).*

135. Item tenear ego potestas dare operam bona fide ut castri sci Georgi et Rudiani et Quinzani et Pontisvici et Volungi et sci Genesii et Palazoli et mercatum novum stent in eo statu et ad meliorationem etc. salvo eo quod ordinatum est vel esse videbitur in futuro de mercato grani tenendo in broleto brix. vel alibi.

136. Item arcivalli non teneantur super stadiolos et stratas que vadunt in monte meridie mane et sero, et circa plateam arcus.

137. Item tenear compellere homines de Valtrumpia conducere ligna et maniculos et alia mercimonia ad mercatum novum omni die iovis et ibi vendere debeant etc. . . . . (*carte* 26).

138. (1249) Item . . . quod mercatum grani et aliarum rerum venalium fiat in mercato Fori quolibet die jovis et non alibi ipsa die in civit. bx. secundum quod antiquitus fieri consueverit. Anno MCCXLVIIII.

140. Item . . . quod lapis in qua sunt mensure grani incise de cetero non claudatur cum clave. Sed p. coe Brix. recte et iuste mensure grani manuteneantur, scilicet sextarius, medius sextarius, quarta, media quarta grani, et bazeta olei et quarta gerula vini.

141. (1249). Item quod duo boni homines cum uno judice vel milite ex familia rectoris teneantur et debeant singulis quatuor mensibus examinare videre et levare asacia de omnibus monetis que current per brixiam et districtum et bonas aprobare, et reprobandas bannire. Et teneatur potestas precise. Anno dni Millo CCXLVIIII. ind. VII et incipit valere in Kal. septem. sub eodem millo.

142. Item quod omnes drapi lane et pignolati similiter vendantur et emantur majori passo consueto et quod tamen unus passus sit S. unius mensure qui feratus sit ab utroque capite etc.

143. (1256). Statuunt correctores ut pelles agnine crude nascentes in districtu bx. non possint nec debeant conduci extra civitatem vel districtum brix. Millo CCLVI.

144. Item quod laboreria q. fiunt de pellibus agninis in civitate vel districtu non mittantur vel portent. extra districtum brix.

145. Item adducunt correctores illo statuto etc. MCCXLVIIII.

146. Super lignis venientibus de Valcamonica ordinatum est quod unus bonus homo et legalis in terratorio *Monticuli* eligatur et constituatur p. coi brix. qui debeat recipere omnes binas lignorum venientes per Oleum et illas debeat facere scribi in uno libro et eas ducere et designare in terratorio de *Pisoneis* consulibus de Pisoneis et quidam *bono* homini ad hoc deputato qui faciat eos scribi, qui homo de Pisoneis debeat ducere in loco *Ysei* et trahere ad ripam et designare consulibus Ysei prescripta. Et coe Ysei inde faciat fieri scripta similiter et inde debeant redire rationem massario cois brix. Et hec omnia fiant ad expensas quorum illorum sunt bine et ligna et hoc taliter non conducantur extra brixianam sub bamno constituto.

147. Item . . . ut nullo modo ligna trahantur vel conducantur per Oleum ab Yse in zusum, neque societas inde fiat ad ligna vendenda neque dentur vel trahantur per consilium vel arengum.

148. Item . . . quod debeat satisdare coe Ysei massario cois de ducentis libris nostre monete ita quod si contingerit a tale aliquid lignorum exire vel ire . . . ab Yseo in zusum absque parabola potestatis . . . condemnetur Comune in L lbr nostre monete (*carte* 27).

149. Et illud idem observetur in *Palazolo* et *Urado* de satisdationibus et banno.

150. Item . . . quod futurus potestas teneatur infra XV dies sui regiminis habere et capitaneum et ancianos populi et partis etc. cum quibus providere debeat super clavibus sanctarum crucis campi et alterius crucis qui cum illa recluditur dandis et consignandis illis personis que eis videbuntur. Et super deliberando ubi dicte cruces debeant reponi et stare etc.

151. An. 1273. *De celebratione facienda ad festum asumptionis b. Marie virginis mense augusti.*

*Incipit liber secundus.*

1. *De sacramento et offitio judicum potestatis et de offitio eiusdem potestatis* (*carte* 28).

5. Item quod non recipiam ego potestas vel judices mei non recipiant lamentationes sub se nisi de homicidiis et maleficiis et fodris et de causis que ascendunt in summa XXV libras vel ultra, nisi constringendo bannitos. faciendo fidei intromissiones et solutiones de bonis eorum secundum formam modi rationum vel occasione mandandi sententias executioni vel nisi fuerit questio rapine vel furti vel robarie vel mercati facti spe solvendi precium incontinenti vel questio mercatorum (*carte* 29).

7. Item tenear ego potestas stare in pallatio cois pro rationibus faciendis a missis cantatis et ditis usque ad terciam et post nonam a campana sonata usque ad vesprum, et non tenebo hostia clausa nisi causa consilii celati vel causa comedendi vel dormiendi sine fraude ita quod quilibet possit venire ad loquendum etc.

8. Item . . . ut omnes paces et antique concordie facte inter homines Brix. et brixiane sicut actenus servate sunt ita quoque in poterum observentur (*carte* 30).

9. Item tenear ego potestas de tota civitate et omni virtute brixie expellere *Cataros* et omnes alios hereses ab ecclesia romana reprobatas ne inhabitent vel morentur, et in primo arengo in banno firmare etc. . . . Et similiter tenear domum que judicata fuerit per Dominum Epum brixiensem recepisse vel tenuisse ipsos hereticos intra XV dies postquam mihi denuntiatum fuerit per eum funditus destruere et eam non permittere hedificari meo tempore. Comunia vero terrarum in quibus inventi fuerint bannum de XX lib. imp. coi brix. solvant que banno tenear exigere. Et itam faciam jurare sucessores etc.

10. Juro ego potestas... quod infra octo dies mei regiminis dabo bamnum perpetuale cois brix. in publico arengo more solito coadunato *cazaris, leonistis, speronistis, circumcisis,* ARNALDISTIS, et omnibus hereticis utriusque sexus quocumque nomine censentur etc. nec inde extrahy permittam sine voluntate dni episcopi brixiensis etc. Et eos inquiram et inquiri faciam diligenter etc. et specialiter quoties p. dnum epum vel ejus nuncium fuerit requisitum p. civitatem et districtum cois brix. p. me expedierit vel per familiam meam etc. et per alios quos . . . eligam de consilio dni episcopi habito et obtento et ad ejus voluntatem aut capituli brixiensis si episcopus non esset presens. Quos electos jurare faciam in conspectu dni epi — Et ipsos hereticos et hereticas capere studebo et capiam et capi faciam etc. et post capti et capte etc. . . . eos accipiam ad voluntatem dni epi et in carceribus comunis ponam et tenebo sub diligenti et fideli custodia ad voluntatem dicti dni epi vel ejus nuncii et postquam judicati heretici vel de quacumque heresi condemnati fuerint per dnum epum brixiensem vel per capitulum brixiense absente dno episcopo infra X dies, eos et eas corporaliter puniam velut hereticos manicheos et reos crimini lese majestatis secundum leges et iuria imperialia et canonica et specialiter p. infrascriptam Legem dni Federici imperatoris.

(*Carte* 31 *tergo*). Federicus etc. *Segue l' intero ed inesorabile decreto, che termina* Dat. Cathen. Ann. Dominico Incarn. MCCXXIIII mense martii duodecima indictione.

Et omnia bona destruam et publica perpetuo habere et tenere faciam p. coe brix. et omnia predicta attendam etc. etc.

Et predicta faciam apponi in sacramento populi et faciam iurare universum populum p. civitatem et districtum omnia predicta attendere et servare perpetuo (*carte* 31).

13. Et hec additio facta est et jurata in perpetuum inviolabiliter observari pro comuni bx. a domino *Prhyno de Incoardis* potestatis cois brixie in generali et pleno consilio cois brix. more solito congregato etc. Et omnia predicta facta sunt ad honorem dei etc. et ad postulationem et mandatum dni episcopi bx. presentib. dno archidiacono et presentibus canonicis bx. abb. s. faustini, preposito sci salvatoris et sci petri in oliveto et sci Luche et universo clero brixie.

14. (*Carte* 32). Item ordinatum est quod publice meretrices expellantur de civitate et suburbiis bx. conjunctis si denuntiatum fuerit per tres bonos viros contrate.

* 15. Item quod orbi (nec Gayuffi *agg. di carattere del sec. XIV*) de cetero morentur nec intrent in civitatem et circham brixie, et si quis inventus fuerit frustetur pro coi bx. Et quilibet possit ei vel eis auferre omnes suas res, et si quis aliquem orbum fuerit hospitatus in tota civitate et circha bx. bamniatur in XX s. ipr. in denarios numeratis. Et quilibet fit accusator et habeat medietatem banni MCCLIIII.

16. (1217). In Xpi nomine. Ordinamentum voluntate consilii factum p. dominum Lambertinum Lamberti potestate cois bx. Contra violatores pacis tale est. In primis statuit et ordinavit quod si quis fregerit pacem quam fecit . . . . vel fidantiam vel tregüam sacramento firmatam si persona ejus haberi poterit ultimo supplitio puniatur. Et insuper ejus bona mobilia et immobilia ipso jure publicentur quorum medietas in coi veniat. reliqua mediatas veniat in illum contra quem pax rupta fuerit vel ejus heredes. Si autem persona frangentis pacem haberi non poterit in banno perpetuali ponatur de quo nullo modo possit exire: et insuper omnia ejus bona ut dictum est publicentur etc. etc. MCCXL. VII. Ind. XV.

18. (1275). *Stat. super mortem palam factam.* 19. *De eodem.*

20. Proferta vero consulis alicuius gravissime puniatur et ab omni publico offitio perpetuo removeatur. Item dicimus si pugnare noluerit se per pugnam (*carte* 33).

21. Preterea si quis appellatus fuerit de pace rupta etc. vel de ferita seu assaltu cum armis furtive facto vel aliquem nostre virtutis vel consilio predictorum vel de falsitate monete vel incendio vel vasto vel de alio dampno furtive dato ultra XX s. ipr nostre monete. Si presumptio iusta que moveat bonum virum erit adversus eum per pugnam se defendet vel per judicium ad arbitrium potestatis vel consulum.

25. Qui enim homicidium fecerit premeditate aut fieri fecerit in confine Brix. vel in ecclesiis sce marie et sci petri et sci grisanti et sci Iohannis et pallaciis cois novis et veteribus vel episcopatu vel sub pallaciis vel in curte dni episcopi aut canonicorum vel a *sumitate scale sci Iohannis versus concionem* vel a porta *cenobii sci Gosmei que est demum illorum de Concesio* versus contionem vel a muro sive stadiolo qui esse consueverit in strata juxta fontem Medali versus contionem et in pallacii cois et in toto tereno empto etc. . . . . occasione pallatiorum et brolettis et in stratis iuxta terenum sicut trahyt a muro meridiano ecclesie sci augustini inferius etc. usque ad stratam que venit a cruce et descendit ad stratam Medali seu *sci Benedicti* et ab illa . . . . . usque ad sumitatem scale que juxta stratam medali qua pergitur ad ecclesiam sci petri etc. *(si nomina la* domus Bocatiorum) ultimo supplitio puniatur et si haberi non poterit in bamno perpetuali ponatur et bona illius devastentur mobilia publicentur de quibus etc. medietatem detur ad quod compositio pertinet et altera medietas deveniat in comuni.

25. Si vero aliquis dederit pugnatam vel alapam alicui vel percusserit vel p. capillos ceperit intra illos confines bamnum XX lbr. ipr. ei auferatur aut in bamno ponatur de quo non exeat nisi banno soluto, nisi forte fierit istrionibus vel ioculatoribus vel publico stulto causa correctionis vel filius seu scutiferis vel familiaribus ejus.

27. Si aliquis interfecerit vel interfici fecerit aliquem premeditate etc. amputetur ei caput, si vero persona habere non possit, ponatur in banno perpetuali et bona ejus devastentur.

28. Cum vero aliquis in tota nostra virtute oculum vel oculos alicui eruerit vel erui fecerit, condempnetur ultimo sup-

plicio. Si autem levis persona fuerit in qua ipsum maleficium fierit commissum saltim manus ei amputetur dextera. Alioquin si haberi non poterit perpetuo banno banniatur (*carte* 54).

33. Item quicumque fuerit bannitus pro maleficio possit a quocumque offendi in persona et rebus.

34. *Nequis vadat ad rumorem vel ad rixam cum armis.*

35. Item si quis extra civitatem cum armis exiret ad mesclantias vel occasione mesclantie si miles fuerit banno C sol. ipr. solvat. et pedes L. sol. ipr.

38. Item si quis sagittaverit cum arcu vel balista etc.

39. Item si projectum vel tractum fuerit de aliqua turri seu domo civitatis vel suburbiorum cum mangano vel cazafusto vel fronzia vel manu sine parabola potestatis contra aliquem etc. si cum mangano vel predera turris vel domus illa unde traheretur destruatur usque ad terram, et si cum cazafusto vel fronzia vel manu medietas destruatur et ultra puniatur in arbitrio potest. in omnibus predictis.

44. Item ordinant correctores ut canonica in qua consueverat stare filius Abiani que est sub scalis pallacii novi concedatur notario qui debet conservare librum statutorum et libros bannitorum perpetualium et maleficiorum. Ita q. ab aliquo non impediatur MCCXLV Ind. III (*carte* 35).

48. A. 1277. *Che i bandi per maleficio non si cancellino.*

49. Item dabo operam bona fide ad bannitos perpetuales et per felloniam in bando posito expellendos de civitate et omni eius virtute et ut omnia eorum bona stent guasta etc. (*carte* 56).

52. In Xp. Nomine. Hec sunt ordinamenta facta ad purgandum civitatem et districtum bx. iniquis dampnosis et malitiosis hominibus. (1254). *Si proibisce in più statuti l'ospitare ed il soccorrere banditi, il conversare con essi ecc.*

56. Item si in aliquibus terris ubi sunt partes tam in Valcamonica quam etc. morarent. aliquis bamnitus (*si multa il luogo del rifugio*).

63. *Carte* 38. Item statuunt et ordinant correctores quod omnes domus et fortilitie inimicorum et bannitorum cois brixie etc. destruantur funditus intra duos menses Regimini potestatis et hoc statutum sit precisum non obstante aliqua venditione facta p. coe brix. ex molendino illorum de Callino (*carte* 38),

64. Item etc. quod si aliqua persona etc. sciverit vel audierit aliquem vel aliquos tractare seu ordinare proditionem civitatis brix. vel alicuius castri etc. Vel etiam tractare vel ordinare detrimentum seu mortem alicujus amici partis ecclesiæ incontinenti teneatur manifestare potestati. Que ambo statuta *della distr. delle case o torri dei nemici, e della delazione* teneatur potestas legi facere singulis tribus mensibus in arengo vel consilio generali. (*Cose prob. de' tempi Angioini*).

66. Item quod cives bx. et nobiles terrarum brixiane non debeant aliquid tenere etc. de bonis et possessionibus malexardorum et bannitorum cois q. sunt extra clausuras brix. in districtu brix. sed illas dimittant laborandas pro comunia terrarum quibus sunt sub pena et banno. Et insuper teneatur et debeat dare et restituere coi brix. omnes fruges et reditus quos et quas inde receperit vel habuerit. Et hoc ideo q. dicta comunia debeant reddere rationem coi bx. de frugibus seu reditibus dictarum possessionum.

67. *Hec sunt statuta ulterius per dictos correctores statutorum etc. de novo condita per correctores ad hoc electos de voluntate consilii gener.* MCCLXXVII. (*Il primo è del* 1283!!).

70. (*Carte* 59). 1251. Item statuit et ordinat dnus Faber dni Guidonis Guizardi pot. cois. Brix. voluntate consilii etc. Quod illi qui nuper tempore sue potestarie exiverunt civitatem bx. facti sunt inimici et proditores civitatis et cois. bx. vel qui exibunt tempore regiminis aliarum potestatum civit. et cois brix. baniatur et cuilibet eorum detur bannum semper infrascriptum modum videlicet quod detur eis et cuilibet eorum bannum etc. et eorum filiis et filiabus non nuptis de quo banno exire non possint. Et quod bona eorum et cuilibet eorum publicentur et deveniant in comune etc. Et insuper quod vassalli ipsorum bannitorum sint liberi et absoluti fidelitate ipsorum bannitorum, et quod tenebant a predictis bannitis in feudum habeant et teneant sicut alodium et de eo possint facere sicut de aliis bonis propriis, dummodo dicti vassalli sint et perseverent fideles civitatis et cois Brix. Et eorum bannitorum sint liberi et absoluti a jure servitutis si esse voluerint et perseverare fideles civitati brix. Et uxores dictorum bannitorum,

et filie que non sunt nupte expellantur de civitate et districtu cois bx. toto nec habitare permittatur. et si quis eas vel aliqua eorum tenuerit, banniatur in C. libr. ips etc. et si in aliqua terra brixiane inventu fuerit aliquid predictarum uxorum filiarum etc. banniatur illa terra eodem modo etc. Preterea quod nullus de civit bx. vel ejus districtu cum eis bannitis contrahat aliquam parentelam etc. Et si predicti banniti vel aliquis eorum caperentur ipse dnus Faber teneatur sacramento et sequentes rectores eos destruere in personis ita quod moriantur etc. — Die martis tercio exeunte junio et prius lecto diligenter audientibus eius consilii. Present. Dno Vidone de Marenensibus et dno Jacobino judicibus dicti potestatis et Nicola d'Asola Egidio de Cochis. MCCLII.

72. Item . . . quod quicumque voluerit aliquod edificium facere in civitate vel burgis accipiat tamen de lapidibus proditorum et inimicorum cois bx et non de *medallo* banno C. sol. quoties contrafecerint nisi de licentia potestatis etc.

*Hec sunt statuta cois Brix q. canzelata erant et de novo sunt confirmata et sunt XVII quorum primum est quomodo universa q. debentur bannitis seu malexardis et inimicis cois bx. p. coi brix. abrari et removeri debentur (carte 40).*

78 Item statuunt quod potestas faciat diligenter inquiriri et examinari omnes domos et fortilicias et castella et muros malexardorum et proditorum cois brix. *fautorum Conradini Novelli* vel eorum q. pro inimicis habentur in civitate et extra et facere funditus eos dissipari et terralia et fossato explanari.

79. *Ai delatori di congiure* contra honorem dni Regis Karuli vel contra Statuto cois Brix. etc. aut q. manifestabit pot. aliquid qui locutus sit vel loqueretur cum aliquo malexardo *si promettono C. lire imp.*

80. (*Carte* 41). Quod si aliquis malex. cois brix. venire presumserit in civitate vel circham brix. et si captus fuerit amputetur ei caput si miles fuerit, et si pedes fuerit appendatur per gullam super furcas ita quod moriatur eo salvo quod si fuerit vilissima persona q. detrunchetur ei pes etc. Et mulier aliqua que malexarda sit si venerit in civitatem vel circham. et capta fuerit etc. quod detrunchetur et amputetur ei nasus. eo salvo q. si ve-

nerit ad tractandum vel ordinandum aliquid mali quod comburi debeat etc. ad plenum arbitrium potestatis.

82. Item quod omnes confinati et confinandi debeant stare ad confinia sibi data vel danda etc.

87. *Carte* 42. Item... Et omnes filii confinatorum tam mortuorum quam viventium intelligantur confinati a dicta etate (XIV an.) superius. Et hoc intelligatur tamen de filiis civium brix. et nobilium brixiane de quorum filiis nobilium sit in arbitrio potestatis et ancianorum partis et populi et societatis mille peditum nisi ipsi filii confinatorum forent amici partis et Regis predicti etc. Addunt correct. MCCLXXVIIII etc.

90. (Bando ai sacerdoti sospetti d' infedeltà alla parte della Chiesa e del re, probabilmente Angioino).

93. *De incendiis seu guastis et dampnis.*

...(1206). Item dicimus de incendio et guastis vel dampno furtive facto in nostra virtute et semper predictum modum resarciatur per homines tam milites quam rusticos et ecclesiasticos sive habitantes in illa terra et loco in quo maleficium vel incendium furtive comissum fuerit etc. Incipit valere sub millo CCVI. Indict. IX (*carte* 43).

96. Item si pugna iudicata fuerit in supradictis casibus liceat actori campionem dare et alteri parti liceat si actio dederit.

99. Item etc. et hec statuta observentur solummodo inter homines nostre virtutis. de furto nihil comprehendimus. Et hoc statutum factum est a consulibus comunis brix. videlicet dno Iohane Calapini et sotiis MCCXXVIII. Ind. I. Post modo vero factum consilium fuit rumpendi statutum de dampnis bestiarum et data fuit parabola. MCCIIII (!) Ind. VII. Et additum est tempore *comitis Mayfredi* quod de predictis omnibus cognoscat potestas vel ejus judex ad malefitia deputatis.

168. — Item teneatur potestas facere restitui terram hominibus de *Casali alto* emptam ab hominibus de Casali alto restituentibus precium etc. et melioramentum si quidem factum esset in edificando super ipsas terras ita quod homines Casali alti restituantur in suas possessiones a tempore destructionis Casali alti, et teneatur potestas compellere habitantes in curte Casali alti ut veniant ad habitandum cum vicinis in vicinia sicut faciunt vicini de Casali alto. Item teneatur potestas providere super facto curtis eorum ad melioramentum quando hoc comode fieri potest etc. Item et facere expediri vasum aque sicut erat quando terra Casali alti fuit destructa. Item etc. quod armenta vacarum, caprarum, yrcorum etc. etc. non teneantur per comites nec per alios in curia Casali alti.

169. — Item q. nullus bannitus pro malefi :io de *Cremonensi* etc. moretur in tota *Riveria nostri Olei*, et specialiter in Pontevico.

170. — Item quod potestas possit concedere immunitatem unius ville hedificande super stratam *Guthizoli* in media campanea vel ubi videbitur comodius posse morari cum consilio publ. cum campana sonato q. consilio teneatur facere inde potestas, ita quod villa teneatur robur resarcire q. factam fuerit, et fiet in suo territorio, que villa sit usque ad summa quinquaginta focorum.

171. — Item quod unum *burgum Francum* q. sic nomine appelletur debeat fieri in loco *de Cassellis* vel ubi melius videbitur illius contratis ob vicionem et defensionem *strate Teutonice* et hominum et locorum illius contrate.

172. — Item quod omnes nobiles et alii qui excusantur ab oneribus terrarum brixiane teneantur et debeant facere se scribi in uno libro comunis usque per totum mensem etc.

174, c. 80. — Item quod suprastantem carceratorum et custodes non permittant aliquem carceratum cois brix. ire per civitatem sine parabola potestatis.

177. — *De immunitate data certis medicis.* — Item statutum et ordinatum est quod dno *Guglielmo Cilicincapiti,* et filius ejus et jacobo filio q. Ioann. Cilicincapitis et Ioan. fil. dni Gratiadei de *Garbagnado* omnibus medicis in cirogia et medicina et eorum heredibus utentibus dictis artibus seu scientiis in civit. brix. vel districtu etc. concedatur immunitas ita quod ipsi sint immunes et liberi ab omnibus oneribus etc.

176. — Quod dicti custodes (*carceris pagadebitorum*) non possint nec debeant accipere pro boghis seu compedibus a quolibet carcerato ultra duos solidos imp.

179, c. 80. — Item etc. quod nulli homines vel mulieres captiventur . . . . vel carcerari debeant sub pallatio cois brix. majori vel minori nec etiam in capella pallacii.

180. — Item statuunt quod regressus datus pro comune brixie dno *Lanterio de Paratico* et carte illius regressi contra com. et *homines de Placentia* de cetero sit cassus etc. et irritus et carte sint casse etc. Item observetur in regressibus et represaliis datis omnibus qui fuerunt secum vel de familia sua qui sunt et erunt inimici partis et com. brix.

181, c. 81. — Item etc. quod regressus datus per dnum *Rofinum de Zenucalis* potestatem brix. dnis Amico et Milletto de Griffis etc. contra partem *Tabarellorum de Desenzano* et homines dicte partis et omnes alios ibidem habitantes tempore destructionis Cassaturris et aliorum domorum etc.... de Griffis iacentium in Desenzano etc. in solidum in Mille lib. imp. pro emendatione et restauratione etc. firmus et ratus semper existat etc. MCCLXVIII.

182. — Cum quondam dnus *Griffus de Griffis* existens potestas Brix. etc. statuisset et ordinasset quod dnus *Durachinus Madii* et ejus heredes perpetuo defenderentur etc. indempnes etc. de omni pena promissione et damno (pro instrum.) sub MCCXXXVI de quibus . . . . *dni Manuel et Berardus fratres ipsius dni Durachini et filii q. dni Ioannis etc.* Et post dnus Berardus de Madio pro se et nomine *dni Manuelis fratris sui*

et dnorum *Conradi et Manuelis filiorum q. dni Ioannis fratris ejus* fecisset finem etc. de non petendo etc. MCCLVII. — Dnus Conradus et Manuel fratres filii q. suprascripti dni Ioannis de Madio pro se et dni Fridericus Berardus et Mapheus fratres fil. quond. dni Manuelis Madii pro se et nomine Albertini et Conradini fratrum suorum confirmaverunt etc.

183, *c.* 82. — Item . . . . quod cum dominus *Albertus de Gambara,* Bartolomeus de Monte Turris de Bethuschis, Speltinus *Danesius de Salodo* etc. *Aricus de Martinengo, Ugutio de Tangetinis* et alii deposuissent infrascriptas quantitates pecunie penes prepositum sci Luce temp. dni Griffi de Griffis olim pot. brix. etc. de voluntate dnorum *Conradi de Concesio, Brixiani Robolotti, Philippi de Ugonibus, Ugonis Lambardi* et aliorum qui tunc detinebantur in carceribus, et etiam dicti dni Griffolini qui quantitates distribui debebat et eciam distribute fuerunt ad hoc ut predicti detenti relaxentur de carceribus ne fierent guasta, et ut civitas et pars ecclesie reducetur in bonum statum, quod infrascripte quantitates pecunie restituantur pro com. brix. etc.

185, *c.* 83. — Cum dnus *Rufinus de Zenucalis* pot. brix. ivisset apud *Patengulas* cum milicia brixie et populo brixiane, et ibidem dictus potestas et viginti quatuor homines de Patengulis constituerunt terminum octo dierum non offendendi hominibus de Patengulis . . . . et hoc juraverunt attendere, et infra dictum terminum homines de Patengulis cum hominibus *de Verona* inciderunt vineas et olivas et abstulerunt uvas hominum de Patengulis qui sunt extra terra et de *Lonado;* statuunt et ordinant correctores quod homines tunc habitantes in Patengulis tam nobiles quam paysani debeant reddere damnum datum predictis de Lonado et de Patengulis et contra eos detur eis regressus et contra eorum bona.

*Hec sunt statuta partis Ecclesie.*

186. — In nom. sce et individue trinitatis. Hec sunt statuta partis q. modo regit brixiam facta ad honorem dei etc. atque serenissimi dni *Karuli Regis Sicilie,* et ad bonum statum dicte partis et ad confusionem et mortem et offensionem inimicorum et proditorum dicte partis et com. brix. et successorum etc.

188. — *De ancianis dicte partis singulis mensibus eligendis per tres vel per quatuor dies ante exitum mensis* — qui Anciani sint quatuor, videlicet unus in quolibet quarterio, qui sint fideles et legales dicte partis.

189. — *Quod Anciani suo tempore debeant bis apud pallacium comunis convenire ad consilium facere in ebdomada pro utilitate partis.*

190, *c.* 84. — Item etc. quod fiat consilium generale dicte partis in q. sint numero centum eleati sparsim per contratas et non ultra, fideles et legales et veraci amici etc.

191. — *Si citano* i soldi parvorum.

192. — *Quod anciani partis procurent ut bona et redita malexardorum exigantur et reduciantur in communi brixie.*

193. — De seorta non danda pro comune brix. vel milicia nisi voluntate consilii generalis.

197. — *Quod anciani dicte partis procurent pro posse q. gravamen impositum alicui amicorum pro inimico cassetur.*

199, *c.* 85. — *De sedanda discordia si orta fuerit inter amicos dicte partis per potestatem capitaneum etc.*

200. — *De condemnationibus et bamnis de amicis factis tempore Francisci de la Turre canzelandis nisi bamnum etc.* fuerit occasione offensionis facte alicui amico etc.

201. — Quod consilium partis brixie pulsetur in hoc modo videlicet, quod campana grossa militum pulsetur XII vicibus videlicet qualibet vice bis ad martellum vel bottum.

202. — *Quod quando sortes generales (Officialium consilii) nullus notarius stat ad scribendum etc.* sint duo religiosi.

203. — *Quod nullus stet apud stangam ubi scribantur dicti officiales.*

203. — Quod layci non ponantur nec scribantur in sentenciis concilii, sed eligantur duo viri religiosi per dominum vicarium etc. qui debeant recipere et exigere a partibus tantam pecunie quantitatem quantam habuit ille judex cuius consilio data fuit sententia.

209, *c.* 86. — *Si nomina il* Carubius de Nagellis.

218, *c.* 87. — *De X hominibus eligendis qui vadant ad corpora mortuorum pro quolibet quarterio et accusent flentes.*

219. — Item additum est capitulo statuti quod sic incipit. Item statuit et ordinavit dnus *Faber dni Guidonis Guizardi* potestas brix. etc. Quod predictum statutum etc. servetur in totum contra personas proditores *Cosam de Scovolo* et filium ejus et contra *Bachinum* et *Zontam* et *Tempora* (sic) *fratres de Manerva* et contra Iacobinum et Amathinum fratres de Brachio et contra dnum Buschetum de *Solferino* occasione proditionum quas predicti fecerunt tradendas dictas terras in forciam inimicorum et rebellium dni Regis et cois brix. et occasione proditionis quam predicti iacobinus et amathinus fecerunt de militia et populo brix. apud *Rochettam de Bosinis* falso simulatores se velle eam restituere coi brix. et eciam servetur in parte. Et generaliter contra omnes et singulos alios proditores qui olim fuerunt ad aliquam prodictionem etc.

220. — Item etc. quod omnes et singuli qui capient etc. aliquem prodictorum vivum vel mortuum, debeant recipere et habere a comuni brix. L libr. pro quolibet prodictore.

225, *c.* 88. — Quod *fratres sci Iacobi de la Mella* possint conducere victualia.

225. — *De immunitate concessa magistris Conforto et Bonaventura fratribus qui fuerunt de Iseo* = habitatores quarterii sci faustini qui sunt medici et arte cyrolgie.

226. — *De tenentibus equos pro coi brix. et facientibus cavalcatas et bertolotos (loquitur de militib. et bertolotis).*

228, *c.* 89. — *De juribus dominorum Zironi et Iacobi de Pallazo* (*q. dni Ottoni*) *manutenendis per dnum vicarium.*

230. — *Quod nullus audeat mutuare ad ludum buschatie.*

232. — Quod humiliati etc. sci Luce etc. possint mittere et portare etc. granum et necessaria victualia etc. confratribus et sororibus sui domorum suarum brix.

234. — . . . Quod aliquis qui pro tempore fuerit *arnaldus de baretaris*, et ipsi *arnaldi de beraterii* non debeant nec presumant convenire nec tenere ludum nec buschatias etc. nec habitare nec morari etc. in curia *Siccamuri* nec in ea contrata nec in alia aliqua etc. nisi solomodo in publica concione brix. vel super scalis concionis brix. more solito etc. *e dopo il bando i recidivi* infra XV dies verberentur per civitatem.

235, *c.* 90. — Item etc. quod vicarius seu rector comunis brix. debeat recipere et habere pro suo salario ex omnibus suis expensis et predictis equorum etc. *mille libras imp. monete brix.* pro quo salario debeat servire personaliter et conducere etc. quattuor bonos homines judices et legales et duo milites etc. *amici sce romane ecclesie et dni Regis et Comunis* etc. et sedecim equos inter quos sint quattuor damigelli.

237. — Item etc. Quod nulla persona etc. audeat etc. filare vel texere vel imitere vel ponere aliquo modo in pignolatis vel in bombicis aliquam carzaturam vel tundellam sive buram vel plumam alicujus lane vel bombicis, nec mesculare debeat aliquam lanam vel falsamentum etc.

238. — Quod quattuor not. boni eligantur sortibus in quolibet quarterio in cons. general. qui sint notarii dni vicarii.

242, *c.* 91. — Item etc. Quod in broleto novo cois brix. tres pertice construantur super quibus ponantur ancipitres, austures et falcones vendendi ibidem et non alibi.

244. — Item etc. Quod aliqua persona non audeat etc. de predictis avibus a Kal. mensis madii usque ad diem octavum mensis octubris portare extra districtum causa vendendi.

246. — Item etc. Quod omnes ministeriales civit. et districtu brix. continue portare debeant *infulas rubeas et fuscas* ad armaturam vicarii vel capitaneo brix. *in capite cum macitis magnis pendentibus* et sutis cum dictis infulis et non capelinas vel berinzolas. Et *mazucos* per civitatem in manibus continue et non alia arma nisi esset cum dictis vicario et capitaneo.

249. — Item statuunt quod salvathesine tam bestie quam aves vendantur in viis circumstantibus pallatio cois brix. etc.

251. — Item statuunt quod futurus vicarius teneatur et debeat etc. ponere seu poni facere in consilio gener. cois brix. quid placeat consilio in cassando *monetas* non justas aut in faciendo *monetam de novo* bonam et ydoneam cum major pars monetarum currencium nunc in civit. vel districtu non sit bona nec justa.

253, *c.* 92. — *Si confermano le immunità dei seguenti:*

Gulielmo de Cilincapitis et filio et suis heredibus utentibus arte cyrogie et medicine. — *Iohanne de Garbagnado,* et ja-

Ioannis. *Bonifacio de Aguzanis* — *Zenebono* . magistro *Iacopo de Yseo* in medicina cre- ıpidis, et magistro *Belino* medico *de Crema* in ıgistro *Federico de Bondiebus* fiscico et magistro, ι magistro Alesio et magistro *Iacobo Corgulo* phi- .ıgistro *Bonfato de Bornado*, et magistro *Brixiano de* , et magistro *Laffranco* medico *de Ello* in arte cyrogie et *erto de Provaglio* medico in cirogya, et magistro *Guidonè de Goldi*, et magistro *Bornato de Monteclaro*, et magistro *Algarisio*, et Mateco aurino etc. sint firme immunitates etc.

256. — Item quod nulla persona tam ecclesiastica quam secularis audeat etc. accipere decimam aut accipi facere per forciam per violenciam alicui persone.

257. — Item statuunt quod nulla dona de cetero fiant per aliquam personam in civit. brix. nec apud civitatem ad quinque miliaria *aliq. sponse vel sponso (!)*.

260. — etc. Quod nulla persona de alieno districtu videlicet *episcopatum pergami* etc. audeat vel presumat pedes vel eques intrare districtu brixie occasione capiendi aves aliquas vel bestias etc. sub pena perditionis equorum, canium et omnium avium etc.

Anno dni MCCLXXVIIII die veneris XV mensis sep. sub palacio majori com. brix. presentib. etc. in generali consilio etc. omnia et singula statuta et capitula dictorum statutorum etc. fuerunt lecta, approvata et confirmata etc. de voluntate et mandato dni vicarii et dicte curie.

263. — *Il giorno appresso* in publico consilio viri nobiles Leonardus de Amatis vicarius et Adigherius de Lasenacia de Vizola capitaneus populi pro sereniss. Ierusalem et Sicilie rege in Brixia *si trovano procuratori del Comune* dominos Obizones de Lomello judicem et Brixianum de Salis etc. ad faciendam et complendam pacem perpetuam cum sindacis etc. *Verone ac Mantue*.

264. — *Segue la pace fatta in Verona in sala* picta pallacii *recata dal Saraina*. — 265, *c.* 94. *Pace fatta coi Mantovani* (1279) *recata pure dal Saraina, Stor. Veron.* — *dal Lunig, Cod. Dipl.* — *dal Verci, Storia della Marca Trivisana. Venezia*, 1786, *t. III*, *pag.* 48.

266, c. 95. — *La gran pace così detta di Montechiaro.*

267, c. 97. — Die veneris XIIII febr. MCLXXXI. Congr. etc. Lecta fuit petitio Auricum etc. *Segue lo statuto degli orefici di Brescia e di Venezia, che troverassi da me pubb. nelle prossime dispense dell' Archivio Storico di G. P. Vieusseux.*

274, c. 99. — Hec sunt statuta etc. correctiones etc. facte per statutarios etc. die veneris XXI junii MCCLXXX. Ind. VII tempore vicariatus nobili viri dni Leonardi de Amatis vicarii regi in regimine brixie.

*Sono aggiunte e revisioni agli antichi statuti.*

279. — *Per l' offerta di s. Maria d' agosto.* Universitates terre debeant venire etc. et offerire ad dictum festum ad hoc quod ecclesia sci Petri de Dom q. vehementer indicet refectione, *et cotidie minatur ruinam,* et debeat citius reparari cum adiutorium dictarum oblationum.

281, c. 100. — Item capitulo statuti q. sic incipit: Item quod orbi de cetero non morentur in civitate, addunt correctores etc. nisi prope civitatem ad unum miliare.

291, c. 101. — . . . Quod omnes persone confinantes etc. muro vel *medallo castri brix.* teneantur satisfacere ydonee de non vastando dictum murum et de non cavando etc. in medalo dicti castri.

305, c. 103. — Quod mercatum grani de cetero fiat et teneatur in platea comunis Brix. et non in broleto rationum.

314, c. 105. — . . . Quod quilibet persona volens exercere vel operari seu facere aliquam artem etc. possit et ei liceat artem et illud ministerium facere et exercere libere impune tam in civitate quam in districtu brix. ad suam voluntatem quocumque tempore dummodo faciat et exerceat illam etc. bene et legaliter non obstante aliquod statuto etc. per aliquod paraticum etc.

Lecta et confirmata fuerunt omnia suprascripta capitula in consilio generali brix. a suprascripto capitulo continente *de civitate augmentanda* etc. quod sic incipit. Ut civitas Brixie ad honorem etc.

315. — Item etc. Quod aliqua persona vel Universitas numquam debeat . . . facere vel edificare etc. aliquam forti-

ciam vel domum etc. in terris seu locis *Manervi, Scovoli et Insule lacus Garde* anno proximo preterito destructis Brixie, nec aliqua dictarum terrarum. Et specialiter in locis infra confines locorum predictorum in quibus erant fortilicie dictarum terrarum anno predicto destructe, nec habitare nec morari in aliqua dictarum terrarum sub pena et bamno L librarum cuilibet persone contrafacienti etc. et insuper teneatur et debeat quilibet tam universitas quam singularis persona contrafacienti facere penitus et funditus destrui et desipari etc. Et eodem modo statutum et ordinatum est quod nulla fortilicia ulterius fiat nec fieri debeat in Guidizolo et maxime circha turrim illius loci ubi facta fuit explanatio illius fovee et destructio fortilicie que erat circa illam turrem sub predicta terra.

516. — Item etc. Quod locus in quo consuevit esse *zironum et fortilicia de Yseo* et rochetta de *Monteclaro* etc. que destructe fuerunt pro com. brix. numquam debeant relevari nec edificari etc. et si qua etc. contrafecerit, puniatur et condemnetur etc. sicut dictum est superius etc. de Manerva, Scovolo et Insula etc.

*C. 106. — Hec sunt statuta etc. sub hoc reform. etc. die XXVII septemb. MCCLXXXI.*

536, *c.* 108. — Die sabati XXI mensis octub. MCCLXXVIII. — Quod omnes de parte extrinseca brix. tam malexardi quam confinati volentes stare ad confinia, eligere possint quacumque terra voluerint extra districtum Brixie, Verone, Mantue etc. et aliis terris inimicis com. brix. exceptis terram *de Calepio* districtus Pergami etc.

537, *c.* 109. — Congreg. ancian. partis et populi et societatis mille de populo brix. cum bona quantitate sapientium qui erant CCC et plures de militibus et populo brix. in pallatio novo populi et dicte societatis etc. quod de dictis nominibus confinatorum fiant quinque libri de bona littera grossa et formata etc. q. non possit falsificari etc. MCCLXXX.

543, *c.* 110. — *È citato il* Consilium Credentie etc. 1282.

548. — Item etc. faciet mirlari murum novum cirche et simultari (*sic*, *forse* smaltari) qui est in *Burgo novo*.

**349.** — *Bulrunium* sive feciam, *da non ardersi che a sei miglia da Brescia.*

**359**, *c.* **111.** — *Si proibisce l' esportazione delle lane.* Quod concessio fiat . . . de conducendo aliquam lanam natam vel tonsatam in distr. Brix. extra civit. vel districtum brix.

**360**, *c.* **111.** — Item statuto facto sub MCCLXXVII quod sic incipit etc. Item etc. quod nulle femine vadant post corpora mortuorum etc. Addunt correctores quod masculi possint intrare si voluerint in ecclesiam et stare ibi.

**368.** — Item quod nulla persona audeat vel presumat capere columbum etc.

*C.* **112.** — In Xpi nom. amen. *Ita sunt ordinamenta seu statuta facta per nobilem militem dnum Lorandinum de Canossa honorabilem potestatem cois brix. examinata et probata an. Mill. CCLXXXII. Ind. X mense madii XV.*

**1, 2, 3.** — *Statuti per le guardie notturne e per le scaraguaite.*

**4**, *c.* **113.** — Item quod nulla persona de die vel de nocte audeat civit. Brix. exire preter quam per portam sine licentia dni potestatis, etc.

**5.** — Item quod nulla persona audeat etc. removere de stello vel de cirche nec de ligno nec de *beyfredis* nec de rastellis nec de *spinatis* nec de *stothengaritis* q. nunc sunt facte vel a modo fient nec de lignis pontibus etc.

**9.** — *(Pei capitani e pei custodi delle porte).*

**11**, *c.* **114.** — Quod nulla persona etc. presumat depredari vel rubari vel agredi cum armis etc. in tota virtute districtu et si qua contrafecerit suspendatur ad furcas per gulam ita quod moriatur.

**12, 13, 14, 15, 16.** *Altri statuti contro i malfattori sudd.*

**17**, *c.* **115.** — Quod aliquis vel aliqui banniti *de Mantua vel de Verona* non debeant stare nec morari in aliqua terra districtus Brix. etc. contra formam pacis factam pro coe Brixie Mantue et Verone.

**28**, *c.* **116.** — Quod quilibet Tabernarius vel vendens vinum vel panem teneatur claudere hostium domus sue vel taberne et non aperire post tercium sonum campane usque ad campanam diei etc.

50, 51, 52, 53. — *Statuti pei banditi, malesardi e multati.*

54, *c.* 118. — Hec sunt statuta et ordinam. facta tempore nobilis militis dni Rolandini de Canosa potest. Brix. curr. MCCLXXXIII.

55. — Item statuunt etc. quod festum beate virginis sce Agathe singulis annis sua die solemniter celebretur ita quod illo festo ratio non reddatur et q. omnes cessent ab omni servili opere.

58. — Quod datium vini non vendatur de cetero in civit. brix. nisi extra p. com. brix.

59. — Item quod aurifices civit. Brix. possint teneantur et debeant facere artem suam et exercere secundum tenorem litterarum transmissarum coi brix. ex parte *dni ducis de Venetiis* etc. secundum reformationem consilii generali etc.

43. — Item quod mensure grani non vendantur de cetero pro coi brix. sed constituatur unus homo vel religiosus ad dictas mensuras tenendas qui habeat salarium a coi brix.

46, *c.* 119. — Item etc. quod strata que vadit ad Lenum q. est devastata et rupta reaptetur et conzetur pro infrascripta comunia et homines dictarum terrarum qui debent ire et redire per dictam stratam.

47. — Hec sunt etc. terra de Volungo, terra Ustiani, terra Gambare, terra Gotenenghi, terra Pratalboyni, terra Paoni, terra Vulzani, terra Bagnoli.

49, *c.* 120. — . . . . *Hec sunt statuta etc. facta tempore regiminis dni Grasendini de Lovesinis potestas Brixie anno MCCLXXXIIII.*

51. — Tempore potesterie dni Bocacini de Puzobonello (*altra revisione*) MCCLXXXV.

60, *c.* 121. — Item quod aliqua persona non audeat etc. capere aliquam ciconeam etc.

62, *c.* 122. — Item cum ecclesia sci Stefani scita in castro Brix. in qua non fuit sacerdos a memoria hominum citra de novo sit institutus unus sacerdos et dotata ipsa ecclesia, ita quod comode stare posset, qui sacerdos faciet ibi continuam residentiam etc. Et quia notorium sit in civit. Brix. q. in dicto castro Brix. mulieres publice peccatrices utuntur et conversantur etc.

63. — Item statuunt etc. ut dictum peccatum et scandalum penitus tollantur.

77, *c.* 123. — MCCLXXXVII. Cum dnus Azo de Mayfredis capitaneus populi etc. q. debet ad presens *ire in Placentia* etc. et lucrabitur de Canipa salis etc.

78. — Quod anciani mille eligant duos sapientes viros de quolibet quarterio qui debeant provideri quomodo dictum capitale Canipe salis melius gubernari possit.

79. — Itém 1287. *Eletti alla revisione degli statuti.*

| | |
|---|---|
| Obizio de Lomello<br>Redulfus de Cazzago | judices in quart. s. Alex. |
| Paxinus de Toscolano judex<br>Guylielminus de Lavellolongo | in quart. s. Stefani. |
| Petrus de Mayrano<br>Stefanus Covatus | in quart. s. Iohann. |
| Bernardus Lambardi<br>Bertolinus Cagnolus | in quart. s. Faustini. |

81, *c.* 128. — Item etc. Quod potestas nec capitaneus possit nec debeat eligere nec accipere laycum ad standum ad tolomeum nec aliquem *capitaneum* ad standum *lacus Garde* nisi si placuerit duabus partibus consilii generalis.

83. — Item etc. quod de cetero non fiant etc. alique *capeline* ministralibus cois brix. nisi semel in anno et tunc super capelinis quas portare debeant ministeriales qui stant ad officium potestatis fiant signa solum vexilla coi brix. etc. e *nell' altre dei ministeriali del capitano ecc.* fiant signa ad arma populi brix.

86, *c.* 126. — Item pro comuni utilitate et ad decorem civitatis cum dicatur quod civitates facte sunt ad similitudinem paradisi, quod de cetero aliqua domus civitatis brix. non debeat dirui pro coi brix. vel comunib. brixiane aliqua de causa, nisi illa domus q. minacet ruinam, et expediret refectionem et tunc domum fiat cum licentia potestatis etc. ad hoc nec civitas brixie deformetur ruinis sicut deformari consueverit.

95. — *Si vieta di prendere* aliquem columbinum domesticum vel selvaticum cum aliquo astalono vel rete vel culumbario vel lusirolo.

96. — *Si citano le mura* usque ad Mombellum.

102, *c.* 127. — Item quod omnes mezadri, incantatores et omnes paratici teneant celebrari festivitates nativit. Dni et Pasce etc. et Ascentionis Dni et s. Ioannis Bapt. et dies dominicos et fest. omnium apostolorum et omnes festivit. B. Virginis et beati Dominici et beati Apoloni et beati Filastri et beate Magdalene et beati Georgi.

*Gli statuti suddetti si confermano il 14 e 16 luglio 1287 sendovi capitano del popolo Guidone dei Guidoni.*

107. — In primis ordinatum et provisum est quod omnes illi q. impostum est dacium tamquam confinantes de dacia nuper imposita *occasione navigii,* compellantur et teneantur eum solvere.

*C.* 129. — *Statuti contro i ribelli di Valcamonica.*

113, *c.* 129. — In Xpi nomine. Infrascripta sunt statuta et ordinamenta edita et facta per sapientes ad hoc deputatos auctoritate consilii populi et consilii generalis cois brix. etc. occasione recuperandi terras loca et personas totius Vallis Camonice et illius contrate ad obedientiam et mandata com. brix. etc. et tranquillum statum totius vallis predicte et omnium subdictorum cois brix. tempore nobilium virorum dominorum Raynaldi de Pontirolo potestatis et Arici de Mezulanis capitanei populi brix. currente anno Dni MCCLXXXVIII. Ind. I.

*C.* 130. — In primis statutum et ordinatum est quod omnes et singuli infrascripti et descendentes ex eis et de ipsorum domibus masculi majores XIIII annis qui sunt vel erunt habentur et teneantur et tractentur per dominos potestatem et capitaneum populi etc. et per quamlibet singularem personam de Brixia et districtu pro bannitis perpetualibus et de maleficio proditione, robaria omicidio iniuria assesinatu et de omni gravi delictu et tamquam infamati et vere confessi de predictis delictis etc. et si quo tempore pervenerint etc. in forciam rectorum cois brix. etc. puniantur etc. intra X dies ultimo suplicio tamquam convincti etc. nulla data defentione et exceptione aliqua non ostante, nisi intra dictum terminum dederit aut dari fecerit in forciam et virtutem dni potestatis et cois brix. vel nunciorum suorum aliqua de fortaliciis infrascriptis.

Infrascripti sunt homines de dictis condictionibus. Et qui debent modo predicto tractari.

Fachinus de Federicis et descendentes ex ipso.

Iacobus qui dicitur de Calcagnus et descendentes ex ipso.

Iohannes qui dicitur Martina et descendentes ex ipso.

Filii et descendentes olim Zanoni.

Filii et descendentes olim Inzelerii.

Filii et descendentes olim Boyachi.

Omnium de domo de Federicis.

Mayfredinus cui dicitur Prevethinus.

Iohaninus, Petrus Pitota, Armenulfus, Iacobinus, Tancredinus fratres filii quondam Raymundi de Heseno et descendentes ex eis et quolibet eorum.

Salvator de Plaza de Bueno sive de Presteno et descendentes ex ipso.

Guielminus de Breno et descendentes ex eo.

Niger, Bocacius fratres filii q . . . de Cemmo et descendentes ex eis et quolibet eorum.

Corbella de Curteno et descendentes ex ipso.

Romelius de Niardo et descendentes ex ipso.

Filius q. Mazi de Edulo et descendentes ex ipso.

Castellus de Maligno et descendentes ex eo.

Alberzonus de Breno et descendentes ex ipso.

Habiatici et descendentes olim dne Stephanie de Civethate.

114. — Item statutum et ordinatum est q. si aliqua persona dederit seu dari fecerit aliq. de suprascriptis aut eorum descendentibus in forciam et virtutem comunis brix. etc. recipere debeant a comuni brix. etc. quantitates infrascriptas et modo infrascripto etc.

115. — Item quod quicumque dederit vel dari fecerit Fachinum, Calcagnum et Martinam de Federicis vel aliquem ex eis in forciam et virtutem cois brix. etc. percipere debeat etc. si dederit ipsum vivum, quingentas libras imperiales; et si dederit vel dari fecerit ipsum mortuum vel ipsos, habere et percipere debeat a coi brix. CCC lib. imp. etc. et canzeletur de omnibus bannis in quibus esset et restituantur ei omnia sua bona etc. Et hoc nisi esset bannitus de prodictione alicujus

certi loci aut persone vel assesinatu vel nisi esset de malexardis alicujus domus potentis de civit. brix. vel districtu.

116. — Item quod quicumque dederit vel dari fecerit in forciam et virtutem cois brix. etc. aliquem alium de domo predicta de Federicis, habere et percipere debeat a coi brix. etc. pro quolibet q. de dicta domo de Federicis dederit vel dari fecerit majorem XV annis, si dederit ipsum vivum CCC libr. imp. et si dederit ipsum mortuum CC libr. imp. Si vero dederit aliquem de predicta domo minorem XV annis, habere et percipere debeat a coi brix. C. libr. imp. et ultra usque ad quantitatem superius dictam ad arbitrium dictorum potest. et capitan. populi etc. inspecta qualitate persone q. dabitur. Et insuper etc. canzeletur de bannis etc. (*ut supra*).

117, c. 131. — *Per la consegna di Manfredo Provetino e fratelli, Salvatore de Plaza Guielmino de Breno, Negro Boccaccio di Cemo, Girardino de Malono e Corbella da Corteno* aut aliquos ex eis, *se vivi si promettono* 300 *lire imp., se morti* 100 *per ciascuno, con promessa di perdono dei bandi.*

118. — *Per la consegna di Romelino da Niardo, Castello di Malegno, Alberzono da Breno, il figlio di Mucio da Edolo e gli abiatici di Stefania da Cividale, si promettono, se vivi, duecento lire imp., cento se morti, per ciascuno, col perdono dei bandi ecc.*

119. — Item statutum et ordinatum est. Quod quicumque dederit vel dari fecerit castrum rocham de Montegio, de Gorzono, de Heseno, de Presteno, de Breno, de Cimbergo, Malono, sive Curteno, vel rocham de Mu, sive fortilicias nuper factas per inimicos Vallis camonice in terratoriis de Malegno, de Vesia, vel aliq. seu aliqum de predictis, habere et percipere debeat infra dictum terminum a coi brix. quantitates infrascriptas. Et insuper eximi et cacellari de bannis modo predicto, nisi fuerint de bannitis superius exceptatis. Videlicet, pro Castro rocha et terra de Montegio Mille lib. imp.

Item p. Gorzono quingentas lib. imp.

Item pro Heseno quingentas lib. imp.

Item pro Breno quingentas lib. imp.

Item pro Presteno CC lib. imp.

Item pro Cimbergo CC lib. imp.

Item pro fortiliciis de Vezia et de Dalegno C. libr. imp. pro quolibet earum.

120. — Item qui predictas terras et loca totaliter concremaverit vel concremari fecerit, percipere debeat a coi brix. pro Gorzono Heseno et Breno et quolibet ipsorum CCC lib. imp. faciendo predicta de cosciencia dnorum potis et cap. populi q. pro tempore erunt, pro castro vero et terra de Presteno et de Cimbergo et quolibet ipsarum CC lib. imp., et p. aliis fortiliciis de Vezia et Dalegno et qualibet earum L. lib. faciendo predicta ut dictum est de coscientia predictorum dominorum etc.

121. — Item stat. et ordinatum est. Quod aliqua persona publice vel secrete non audeat nec presumat morari conversari vel stare cum predictis de Vallecamonica etc. nec ad aliquem locum neque in aliquo loco q. teneatur p. predictos vel aliquem prodictorum vel per aliquos inimicos seu rebelles cois brix. in predicta Valle aut in illis contratis et specialiter a terra de *Pisoneis in sursum*, nec prestare consilium etc. Et q. contrafecerit puniatur ultimo suplicio. Si vero non pervenerit in forciam dni potestatis et cois brix. banniatur perpetuo et bona sua publicentur etc. et a quacumque in personis et rebus possit offendi impune.

123, *c.* 132. — Item quod aliqua persona non audeat nec presumat a predictis inimicis etc. recipere nuncium vel litteras vel ambaxiatam aliquam nisi in continenti nuncium dixerit et litteras prius quam aperte fuerint, presentaverit potestati et in eius forciam etc.

124. — Item quod quelibet persona q. habitat in dicta valle in locis inobedientibus cois brix. q. non sit de domib. superius notatis sive q. non sit de capitalib. inimicis cois brix. possit mittere dno potestati et facere se scribi in uno libro de licentia sua; et ex nunc infra octo dies venire coram dno potestate etc. se presentare secure, et morari et stare secure cum personis et rebus tamquam fidelis et obediens brix. tractari in civit. brix. et burgis et in qualibet parte districtu brix. a strata de *Palazolo* inferius et a *Valtrumpia* et *Valli Sabii*

infra et etiam alibi in districtu brix. de licentia dni potestatis etc.

125. — Item etc. Quod quilibet potestas etc. teneatur et debeat proponere et reformare super inveniendo modum et viam per quem et quam predicti inimici et rebelles etc. et alii maxime q. morantur a Pisoneis in sursum et loca q. tenentur per eos magis et melius possint devastari et destrui, et magis et plenius offendi in personis et rebus tam in exercitibus q. in aliis procurandis et faciendis etc.

126. — Item ad hoc ut facilius habeatur pecuniam pro solutionibus faciendis illis qui de predictis inimicis etc. aut de predictis castris et locis darent vel dari facerent in forciam et virtutem cois brix. etc. vel predicta loca concremarentur etc. statutum et ordinatum est q. tota pecunia q. est in gabella salis cois brix. et in massar. coi brix. nunc deputata sit ad faciendum solutiones predictas.

129. — Item quod suprascripta ordinamenta ponantur et scribentur per se in duobus quaternis de quibus unus quaternus etc. ponatur in volumine statutorum cois brix. et alius quaternus etc. ponatur in volumina statutor. populi etc. Lecta et confirmata fuerunt omnia singula ordinamenta in consilio generalis cois brix. et in pallatio populi brix. simul et congregato in majori pallacio cois brix. sono campane et voce preconia mora solito. Die Jovis XXVIII mensis octubris Mill. CCLXXXVIII Ind. Prima.

Presenti fuerunt ad predicta Venturinus de Vulciano, Venturinus Ardezonis, Anselminus de Gosalvi et Ioannes de Carpenedulo omnes not. dni potest. etc. (*NB. tre anni dopo, cioè nel 1291, si venne ad una transazione provocata da Marco Visconti capitano del popolo di Milano. Si vegg. le Stor. Bresc. t. VI*).

130, c. 132. — *Altra revisione di statuti.*

135. — Quod unus murus etc. construatur a *porta sci Andree Nova* usque ad murum vetus civit. sive ad *ravazilum* faciendo unam davegam in ipso muro et ravazillo usque ad murum altum sce Iulie.

137. — *Super brazentis qui non debent ire ad plateam ad accipiendam operam.*

138. — Item quod aliquis de civit. brix. vel burgis qui non sit de *Paratico Ferrariorum Brixie* non possit et audeat emere carbones nec facere canevam de carbonibus etc.

144, *c.* 154. — Quod vindicta sanguinis fieri non debeat super castro cois brix. etc. ob reverentiam plurium sanctorum ecclesie qui scite sunt in ipso castro.

148, *c.* 158. — *Si ordina la distruzione d'una casa vicina al Garza* ab inferiore parte pontis de Fulconibus, *ed altra sulla via* per q. itur ad Mombellum *a matina nel fossato*. Item quod strate et vie amplientur et aptentur sicut videbitur dno potestati et capit. et ancianis partis et populi etc. et aliis magistris et ingegneriis quos secum habere voluerint, prius tamen facta extimatione damnorum q. inde acciderint illis personis quarum sunt dicte domus etc. et ipsius personis prius facta solutione p. comune brix. Et predicta fiant et executioni mandentur citius et velocius q. fieri poterit.

150. — Die sabati XIIII mensis octub. MCCLXXXX Ind. III. Convocatis et habitis X sapientib. ex quolibet quarterio sub palatio *novo picto* coram dno Bonaventura de Sevegnano milite et socio dni *Pelegrini de Simopizol* potest. brix. vice dicti dni potestatis gerente in parte ista de voluntate dni potestatis et coram dno Otolino comite de Curte nova capitaneo populi brix. *Si decreta un'annua sovvenzione ai frati Eremitani per la costruzione della chiesa e delle case di s. Barnaba ecc.* secundum dictum et consilium dnorum Arigetti de Martinengo et Brixiani de Salis.

*C.* 156. — *Hec sunt statuta gabelle facta correcta et emendata p. statutarios etc. electos secundum reformationem consilii etc.* a. MCCLXXXII.

1. — Item q. teneatur potestas inquirere omnes servitores comunis qui habent feudum a comuni.

2. — *De exigendis ab ecclesiis et religionibus quib.* obvenit hereditas alicujus defuncti subditi cois brix. partem pertinentem quondam dicto defuncto vel hered. ejus id totum quod dictus defunctus tempore sue vite tenebatur comuni brix.

7. — Item quod teneatur potestas facere inquirere diligenter omnes possessiones et honores etc. quos et que filii

q. *comitis Pizonis* et filii q. *comitis Salfredi* et filii *comitis Narisii et comes Zilberius* cum filius et generaliter omnes comites q. sunt et *descendunt de domo comitis Ugonis* et omnes alios comites q. stetissent proditores cois brix. habent in terratorio sive curia Asule et omnibus hominibus illius terre volentibus emere de dictis bonis secundum extimationem de illo factam, ita quod comuni Asule dentur volenti emere et postmodum aliis ominibus terre etc. Eo salvo quod si dicti comites haberent creditores ante proditionem p. eos factam, quod potestas brix. teneatur eis satisfacere de dicto pretio, exceptis comite *Philippo* et nepotibus qui non fecerunt proditionem de coi brix. etc.

8, *c.* 137. — Item teneatur potestas inquirere potherum cois de comitatu et ratione q. habet in *ponte Mosii* per ydoneos viros etc.

10. — Ut potestas inquirat potherum q. tenent dni Saccha. MCCXVII. Ind. XV.

11. — *De manulevantibus incarceratis etc.* Item quod si quis manulevaverit aliquem carceratum etc. brixie vel obsides ejus vel deinceps manulevaverit et ille carceratus vel obsides ejus fugam fecerit etc. vel ille carceratus non rediderit ad terminum sibi datum per potestatem illi manulevatori vel fidejussori, auferatur in pena denariis numeratis sub qua promisit predictum carceratum etc.

*C.* 144. — *Hec sunt statuta et ordinamenta com. Brix. etc. et emendata et correpta per correptores et statutarios ad hoc electos secundum reformationem consilii gener. MCCLXXXXIII.*

1. — Item consules terrarum possint exigere a vicinis suis datias impositas etc. et contra eos agere nullo sindico requisito quamvis vicinus aleget se nobilem et gentilem esse etc. MCCXVI.

4. — *Si cita una carestia anteriore di poco al 1277, e forse del principio di quell' anno.*

11, *c.* 145. — Item ut non compellatur *lombardus vel romanus* cum sacramentalibus jurare nisi in causa omicidii vel in causa secundum mores feudi, et ut par atque equalis eas probationes recipiantur contra *lombardum* et contra *romanum.*

13. — Quia multe malitie fiunt et facte sunt in vox et fama et contra pupillos et orphanos et multos alios per multos homines de plebatu *Bovagni* et de *terra Yse* circa fatiendo confici falsa instrumenta et ordinari q. producantur post mortem eorum quos dicunt fuisse suos debitores etc. ordinant etc. correctores q. omnes homines majores XIIII annis non furiosi nec mentecapti qui nunc habitant in plebatu Bovagni et in terra Ysei licet non solvent fodra etc. q. teneantur omnes suos debitores etc. presentes appellare etc. ut veniant etc. coram unum ex judicibus attestatis etc.

14. — Quod aliquid instrum. continens a XX sol. imp. sup. q. fiat ab aliquo de plebatu Bovegni et de terra Ysei non valeat nec teneat, nisi cum illo not. q. fecerit illum instrum. alius not. se subscribat q. sit presens etc. MCCLIV.

15. — Item quod in causa pecuniaria nullum duellum fiat in nostram civitatem per aliquem hominem q. non sit nostre civitatis vel districtus.

50, *c.* 147. — Placita tamen his diebus possint judicari scilicet a die septimo ante Nativit. dni usque ad annum novum exceptis diebus Nativitatis Dni et sci Stephani et sci Ioannis et sci Thome et per totam quadragesimam vero non fiant lamentationes nec placita post nonam.

50, *c.* 149. — Item quod potestas possit concedere in publico consilio etc. alicui bono et ydoneo viro tabelioni breviaturas factas p. not. qui non comiserunt scripturas suas alicui et mortui sint in terremoto et a terremotu infra.

65, *c.* 150. — Item q. tabernarius non faciat etc. credentiam aliquam alicui filio familie usque scutifero etc.

66, *c.* 151. — Item ut nequis credat majori vel minori *(vacat)* in ludo coredo faciendo, vel donando follibus vel meretricibus in taberna vel extra in fraudem etc.

68. — Item in his omnibus subscriptis non est distinguendum an *romanus* vel *lombardus* sit, licet.... indicta interpretatione, *lombardus* non sit in potestate patris. MCCLXXXI. Ind. XIII.

77. — *Ut inventaria hereditaria non fiant nisi certum spatium deliberandi concedatur heredibus.* MCCXLIV.

100, c. 155. — *De emancipationibus factis tempore* marchionis Pallavicini *de bonis illorum et illarum q. tunc erant in civitate.*

101. — *Hec est quedam reformatio facta in consilio de venditionibus factis de bonis amicorum ecclesie sub extimatoribus tempore* Ecelini de Romano *usque ad tempora pacis, cassandis et restituendis descripta secundum formam statutorum etc. (Statuti pubblicati dal Verci nella Storia Eccelíniana. Ivi il Codice Eccelíniano nel t. III, doc. CCXXXII).*

101, c. 157. — Die Dominico XVIII febr. etc.

In Xpi nomine die lune XVI intrante januarii etc.

102. — In Xpi nom. nos Albertus et Federicus de Gambara etc. (*Cose tutte pubblicate dal Verci*).

109, c. 157. — Die Iovis VII exeunte majo anni curr. MCCLXXIII. Ind. I. Quod cum quidam malexardi seu banniti et inimici *comunis Cremone* debentes recipere a quibusdam brixiensibus certas pecunie quantitates vel aliorum rerum de quibus fecerunt datam et cessionem etc. ut ipsi Brixienses eos possint exigere, cum ipsi Cremonenses eos exigere non valerent, predicte cessiones facte etc. per cremonenses bannitos seu extrinsecos contra brixienses obbedientes coi Brix., non valeant nec teneant in aliquo etc.

110. — *Et quod omnis contractus et solutio mercati et obbligatio fiat solum ad monetam novam.*

Statutum etc. quod fiat mercatum p. civit. et districtum brix. *ad monetam novam Brixie solum etc.* (*Vedi il Doneda*).

*Et de ceteris fiant captiones ad monetam novam.*

111. — Item omnes capsores et mercatores quando emunt et vendunt et cambiunt debeant solum cambiari et facere caput ad monetam novam Brixie ita quod non fiat aliqua mentio de aliis monetis pro capite monete (*Doneda*).

112. — *Quod capsores habeant cisorium.* — 113. *De monetis proybitis.* — 114. *De eodem.* — 115. *De modo monetarum invento, de axaxia earum et computatione et valimento earum ad rationem monete nove.*

*Statuti che si omettono, perchè pubblicati dal Doneda nella sua Zecca Bresciana, edita da Guido Ant. Zanetti, Bologna 1786 in quarto, pag. 34 e 33.*

*De Usanciis.*

25, c. 161. — *De rebus relictis ab interfecto.*

Item pro alio interfecto relicta filia tamen vel nepote ex filio, quod compositio interfecti dividatur inter proximiores agnatos et cognatos etc.

37. — *A proposito di azioni prediali violate, parlasi nello statuto presente che in certo caso non venga osservata la* constitutio. *È quivi singolare la citazione della* cartam *ed* edictum divi Marci *e della* lex greca finium regundorum nisi in plantanda sepe viridi vel arbore aliqua et tunc debet plantatorum relinquere pedem unum.

107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115 *e* 116, c. 170. *Statuta Fornaxariorum.*

147, *c.* 175 *dopo il brano stampato intorno alle decime;* item quod omnes novitates facte a predicto millesimo citra tam super prestationib. quam in locationib. et livellis decimarum etc. casse et irrite sint nec serventur in prejudicium laycorum.

Item quod in questionibus etc. contra universitates seu laycas personas occasione decimarum modo aliqua pro aliqua collegia etc. seu per aliquas ecclesias vel ecclesiasticas personas etc. non possint produci testes masculi vel femine de ipso collegio capitulo vel ecclesia etc.

Item quod confessiones etc. per colonos, manentes, vel laboratores alicujus possessionis vel contra ipsos occasione decimarum in judicio vel extra judicium non prejudicent in aliquo dominis sive illis pro quibus tenerentur vel laborerentur dicte possessiones.

*C.* 176. — Sup. q. provisione dnus Campagnesius Zazius regius vicarius Brix. consilium postulavit.

155, *c.* 177. — Item etc. quod modius oley extimetur de tempore preterito XL s. imp.

140, *c.* 178. — Item quod nullus forensis de cetero possit fieri civis Brix. nisi fiat auctoritate consilii generalis etc. in quo sint ad minus CCC consiliarii.

MCCLXXXIIII. Gransedonicus de Lovesinis potest. — Tayonus de Villa capitaneus populi brix.

167. — Item etc. quod omnia instrumenta facta tempore dni Eccl. de Romano et ab inde retro in civit. Brix. vel districtu facienda mentionem de aliqua vel aliquibus curtis sindacatus seu procuratoris, plenam obtineant firmitatem.

C. 182. — *Hec sunt statuta clausorum etc. correcta et emendata etc. Die* (vacat) *MCCnonagesimo tertio ind. sexta etc.*

1. — Item quod humiliati de *Contegnaga* possint aurire et accipere acquam q. currit per stratam *Quinzani* de super a *Capriano* scilicet ad clavigam ubi accipitur per dnam abatissam sci Cosmei aut desuper, et ducere ad curtivum suum p. terratorium Onsadi in concordia comunis et hominum singulariter illius loci *Onsadi* etc. ita tamen quod teneantur coprire aptare vias et stratas et traversos ubi et unde illam aquam etc.

2. — Item domus humiliatorum in epatu Brix. ubicumque sint debeant pasculare et uti comunibus terrarum sicut fatiunt alii homines in dictis terris nec impediantur de ingrossamentis in civitate vel epatu plus quam ecclesie, ipsis humiliatis stantibus et solventibus cum comunib. terrarum de vaxis et statutis pertinentibus ad salvamentum terrarum.

3. — Item etc. quod omnes cives et nobiles habentes pothera in terris brixian. etc. debeant observare omnes vaxas et ordinamenta facta per universitates terrarum ipsarum etc. Comunia vero terrarum brixiane teneantur appellare nobiles et cives habentes pothera etc. ut intersint si velint ad predictas vaxas et ordinamenta facienda.

4. — Ordinant correctores quod *domus becarie* que consueverat esse in *platea de Ponticello* non possit nec debeat amplius hedificari, nec aliquod edificium ibi fieri etc. *perchè impedivano il mercato di Ponticello.*

6. — Item etc. quod platea seu *mercatum Arcus* et alie platee in quibus fit mercatorum de omnibus impedimentis expediant etc. MCCLIIII.

7. — Item quod si propositus sci salvatoris vellet stare cum com. Brix. de capitulis statuti incendiorum damnorum

furtive datorum et ingrossatorum, quia ipsa statuta serventur in omnib. aliis ecclesiis volentibus servare predicta statuta.

9. c. 183. — *De tesis locandis Montedenni.* Hec sunt tese. Videlicet Quintasium, Pendule, Plana, Sumcastellum et Degrosine, *Neconfuitu* et Banzole.

10. — Quod nullus presumat nec debeat ponere linum ad mazerandum in fossato circhc nec in aqua circhc etc. bamno V sol. p. quolibet faxo, et perdat linum. Item statutum est de fossato sci Faustini majori.

15. — Item tenear ego potestas ut eligantur duo boni homines etc. quorum unus sit religiosus, et eligantur similiter duo notarii etc. ad adaptationem faciendam in coopertione et aptatione pallaciorum et curie et *porticum et concionis veteris comunis* et eccl. s. Petri de Dom. et *porticum eccl. s. Iohannis* versus contionem et stratarum sive viarum civitatis et circhc intus et extra et ad conduci faciendum aquas per alveos suos per civitatem etc. Qui similiter debeant super esse ad faciendum expedire stratas et vias civitatis etc. de omnibus rebus impedientibus etc. Et debeant etc. videre omnes stratas clausorum et specialiter stratam sci Georgii, Quinzani, Bagnoli, Montisclari et eas aptari et emendari facere etc.

16, c. 184. — Quod procuratores comunis brix. recipiant et custodiant et conservent omnia trabuca, mangana, prederia et plaustra et edificia ligna et omnia lignamina ferramenta et *endeyaria?* brix. in aliquo convenienti loco civitatis vel circhc brix. etc.

20. — Item ordinant q. vicinia *Campibassi* teneatur curare vel curari facere ambas vias bis in anno unde currit aqua a domo dni Iacobi Bone usque ad domum q. dni Borghesii de Calzaveja etc. MCCXLVIII.

23. — *Item sup. utilitatibus cuniculi aque venientis a Montepiano et super aqua ipsius cuniculi, manutenendis et observandis.*

24. — *Item super expedienda Carzia et loco ejusdem et facienda eam detinere expeditam.*

25, c. 185. — *Item super utilitatibus fluviorum venientibus ad civitatem etc.*




Monete della Zecca Bresciana
pubblicate dal Zanetti nella edizione della Zecca di Brescia
di Carlo Longa




Monete inedite della Zecca Bresciana
con due campioni da bilancia.
Distinte 1. Ottone - 2.3.4.6. Gius: Gelmini 5. 7. Com. Brescia
8.9. (campioni da bilancia) Gelmini.

Lit. Filippini

26. — Item super terraliis et fossatis et stratis cirche intus et extra et viis factis inter circham noviter factam ut designentur et determinentur et disbrigentur etc.

*Gli Statuti dei fiumi e delle fonti.*

27. — Item etc. quod ipsi procuratores debeant inquirere totum illud quod occupatum est de possessionibus comunis in civit. Brix. et suburbiis etc. per X miliaria et specialiter ad Portezolum etc.

1254, 4 exeunte decem. etc. Congregato Cons. generali in Pallatio majori Com. Brix. campane sonito et voce preconum more solito propositum fuit per dictum d. Azonem potestatem, quod ipse potestas habuit quondam quantitatem sapientium etc. qui concordes fuerunt pro majori parte quod detur et concedatur . . . comuni et hominibus habit. in Puzolengo etc. immunitas et libertas talis qualem habent comune et homines sci Georgii, que concessio fiat potestati de Pozolengo in consilio generali per ipsum comuni et hominibus de Pozolengo presentib. et futuris, cum hac adiectione quod in terra Puzolengi vel ejus territorio nullo tempore in perpetuo possint vel debeant stare vel habitare vel possessiones aliquas habere dd. de Calcaria et dd. de Salis. Item quod Com. Brixie faciat datum et venditionem comuni de Pozolengo de eo toto quod habent dd. de Calcaria et dd. de Salis in terra et territorio de Pozolengo pro illo pretio quo fuerit extimatum dictum potere per Com. Brix.

1254, 31 decem. Petrus Gallus Brixianus etc. de immunitate data coi et hominib. de Pozolengo (*c.* 380 *tergo*).

1254. Item die mercurii ultimo decem. in pallat. minori com. Brix. etc. d. Azo de Pirovano potest. Brix. nomine Comunis etc. dedit . . . dno Lafrancus de Salis pot. Cois de Puzolengo Conrado de Castro novo etc. sindacis et procuratorib. com. et hominib. de Pozolengo etc. etc. Immunitatem et libertatem etc. *Vedi più sopra, c.* 381. (Pagine sequentes videntur lacerate: *antica nota*).

1254, 22 aprilis. Inquisitio possessionum Com. Brix. occupatorum in civit. et clausuris et Montedenno *(e più innanzi)* — Fossata brix. (ibi arbores incidantur) a mane parte Garzie a sero vie a *Ponte Marmorio* Pedem turris Avicorum — a *Ponte Marmorio* usque ad turrim de Gavardis.

1254, 22 aprilis. De emptione loca fratrum minorum facta pro coi brix. circa civit. Brix. prope burgum sci Nazarii. (*Istrumenti diversi, carte* 332).

1254, 13 julio. Solutiones facte de domibus et terraliis emptis et destructis occasione porte Pilarum sci Faustini majoris.

1254, 4 octob. etc. per dnum Bonifacium q. dni Castellani pot. Brix etc. quod omnes arbores et ligna omnia et edificia que sunt super via in ripa Carze a ponte Marmorio usque ad domum de Oculis incidantur et removeantur. *E poco appresso:* solutiones facte comitibus Mosii pro terra et aliis casamentis Mosii. *Si pagano al massaro di Brescia* 60 *lire imp.* (*c.* 576).

*Pagamenti del Comune per acquisti feudali.*

1254. Enocho filio q. dni comitis de Belforto etc. pro pretio unius sue domus quam ipse solitus erat habere in castro Mosii super terralium etc. ipse dnus Enochus confessus et manifestus fuit lege vivere romana. (*Si noti questa confessione del sec. XIII*). *Indi si pagano* 172 *lire imp.* dno Rozerio comiti de Mosio qui fuit fil. comitis Arici pro solutione quarte parte *turris et pallatiorum circumstantium dicte terre* de qua quarta parte fecerat venditionem coi brix. pro instr. VII exeunte aprilis MCCLIV etc. precium cujus terræ est CCCCXL lib. imp. et precium pallatiorum est CCL lib. imp.

1254. Quadraginta et quatuor lib. imp. dno Ant. fil. q. comitis Walfredi de Bozolano etc. pro quarta parte precii pallatii sui casa-turris et unius domus terranęe ibi prope in castro de Mosio etc. ann. MCCLIIII (*c.* 577).

Centum septuaginta et duas lib. imp. et dimid. dno Tajaferro de Asula et judice, et dno Antonio Quartano de Mosio et procur. dni comitis Narisii de Mosio etc. ann. MCCLIIII pro solutione quarte partis turris et pallatiorum circumstantium dicte turris etc. in castro Mosii (*c.* 577).

fossati Motte LVI pertich. vel ibi circ[illegible] dne Maysende q. quenti in campo Senglariorum pres[illegible] CCLVII tutrix filio- potestates amborum civitatum e[illegible] oroelli etc. nomine et inter terra comitis Ugi et fratr[illegible] loysio sororum filiorum glariorum est confinis utriusqu[illegible] in aqua Tartari, et campi s[illegible] aquam. Anno MCCLIIII etc[illegible] designationis de pothero cois

1254, 22 decem. Con[illegible] bus Castri novi et burgi veteris dnum Azonem de Pirove[illegible] de Pontevico (*c.* 342). quod potestas eligat tr[illegible] corditer etc. qd com. brix. pertinet terio comuni cum qu[illegible] s de Olio et medietas de Wois molen- nis et hominum de[illegible] et medietas de malgis bestiarum etc.

1254, 4 exeunt[illegible] vuntur de quolibet molendino scilicet dno Pallatio majori C[illegible] nunc sunt in Olio tamen XIII *Voi* molen- more solito pro[illegible] molendina. Item dicunt quod coi brix. per- quod ipse pote[illegible] illorum molendinorum etc. specialiter quod qui concorde[illegible] stare per totum marcium et aprilem. datur . . . [illegible]unt quod bine molendinorum illorum de Rubecco munitas [illegible] et super aqua et possessionib. dno epo et coi brix. sci Geor[illegible] etc. quod coi brix. pertinet medietas honoris castri genera[illegible]vico etc. scilicet de castro et suburbio (*ivi si citano le* et fu[illegible] *del sobborgo*) usque fossata (ibi strata brixiana *c.* 351). terr[illegible] 1255, 6 martio. Immunitas monast. sci Vilii de Lugana ve[illegible] *Dipl. sec. XIII* (*c.* 374 *tergo*).

In Kpi nomine. Die sabati sexto intr. martio Factum fuit [illegible]silium generale in pallatio majori Cois Brix. etc. in quo Consilio facta fuit quedam petitio Abbatis s. Vigilii de Lugana tenor cujus talis est. Cum multa maleficia et robarie fiunt omni tempore juxta monasterium s. Vigilii de Lugana et juxta ipsum monasterium transeunt quotidie rubatores cum predis etc. petit abbas etc. pro securitate illius contrate etc. concedantur viginti hominibus et eorum heredibus volentibus venire ad habitandum juxta monasterium, immunitas et libertas de omnib. oneribus de cetero venientibus a civit. Brix. et sint de cetero sicut cives etc. quam defensionem vult facere idem abbas suis expensis, et petit idem abbas quod potestas faciat videri locum illum etc. etc. et hoc idem petit d. episco-

pus Brixiensis pro bono statu civit. Brix. etc. Placuit nemine contradicente quod predicta petitio etc. dni abbatis s. Vilii de Lugana firma esse debeat et compleri etc.

1258, X intr. madio etc. Ibi dominus Tisius de Capo sco Petro et dnus Albertus comes et dnus Aypercus de Macapessis de Padua pro se et milicia de Padua q. est Brixie et venit pro presenti discordia recepit ibi in presenti mutuo a dno Cavalcachano brix. epo potest. et rectore brix. dante et mutuante de denariis propriis *monete nove brix.* et vice cois brix. ducenti quinquaginta libras *imp. monete nove brix.* renunciante etc. Actum est hoc etc. anno dni MCCLVIII.

1258. In Xpi nomine die sabati XI int. madio. In caminata hab. pot. et cois brix. present. dno Henrico de Martinengo, dno Alberico de Gambara etc. ibi dnus Ottebellus judex cois de Ferraria p. se et milicia de Ferraria q. est Brixie et venit pro presente discordia Brixie, confessus et manifestus fuit etc. recepisse mutuo a dno Cavalcachano epo potestate et rectore cois brix. dante et numerante vice et nomine cois brix. et de ducis cois Brix. etc. tercentum XXX lib. imp. et VI sol. imp. et VIII imp. monete nove brix. ete. Actum est hoc anno etc. MCCLVIII. Ind. I (*c.* 594).

1265. Confederatio civitatis Brixie cum d. Karolo Sicilie rege. *Si veggano le pubblicazioni del* Rosa *in fine all' opuscolo* — la Franciacorta, *ed il* Cocchetti, *note al* Manfredi (Lib. P. *c.* 420).

1270, 29 Ian. Forma capitulorum constitutorum inter dnum regem Siciliæ et Brixienses. Hec sunt capitula tractata et ordinata interven. Patre dno H Dei gratia archiepisc. s. Severine etc. Rosa *cit.* — *e la trad. da me fatta nelle Storie, t. VI, pag.* 197, 198, 199, 200 (Lib. Pot. *c.* 422).

1273, 17 aprile. In Xpi nomine amen. Anno etc. mill. CC septuages. tertio mense aprilis etc. In claustro scorum martirum Faustini et Iovite. Nos Iacobus Gautelmi etc. dni nostri Karoli regis Sicilie et dni Brixie in partibus lumbardorum vicarius generalis, et Bernardus de Albanis alias ejusdem dni Regis clericus etc. Considerante gratia recepta et servitia quod discretus vir Venturinus de Nuvolini cives et mercator brix. dno nostro regi predicto officialib. et nunciis suis in civitate Brixie

venientib. et morantibus licite devote ac liberaliter contulit et propter ejus fidem etc. enphiteusis nomine, et pro parte ejusdem dni regis damus concedimus et locamus eidem Venturino etc. investituram etc. in perpetuum in enphiteusi pecia una terre etc. montis de Costalunga.

1275. Altera investitio Venturino suprascripto concessa nomine regis in monte Denno a dno Nicolao de Bano clerico et Thesaurario regis. Dat. in civit. Brix. in domo dicti dni Thesaurarii (*c.* 419 *tergo*).

1280, 11 decem. Hec est forma sententie et concordie super decimis inter populum et clerum Regii (*c.* 582 *tergo*).

1282, 25 aprilis. Concordiam inter civitatem et clerum Brix. pro hereditate q. Barnabei mansionarii et clerici dicte eccl. Brixie (*c.* 590). — In Xpi nomine die sabati XXV mense aprilis in curia canonicor. brix. etc. Ibique dnus Obizo de Lomello et Paxinus de Tuscolano judices etc. sindaci etc. dnorum Comacii de Galucciis potest. et Alberti Confanoneriis de Placentia capitan. comuni et populi brix. (*Segue la sentenza dei giudici: ivi si cita una casa* cum solario etc. positum juxta pallatium sive murum broleti cois brix. cui coher. domus sci Augustini, a mane strata, a monte domus in qua stant carcerati de pagadebitis, a meridie pallatium sive broletum).

1283. Liga et confederatio inter comunia Mediolani Brixie Cremone et Mutine et Placentie *da pubblicarsi più innanzi* (*c.* 587).

1284, 12 aprilis. In Xpi etc. Ibi dominos Bonaventura Sanzacolus etc. qui confessi fuere *se lege romana vivere*, pro XXXIIII lib. imp. bone monete brix. quas presens receperunt etc. mass. cois brix. etc. Actum est hoc anno Dni MCCLXXXIIII.

1284. Instrumenta pro domib. a com. brix. emptis p. pallatio communis Brix. (*c.* 598).

1284. Ficta etc. de fundo fossatorum civitatis Brix. etc. secundum provisionem factam p. tempore regiminis nob. viri dni Grascendonii de Lovesinis pot. Brix. currente Mill. CC. LXXXIIII (*c.* 406).

1284. Reformationes, Extimationes, Concordantias et cartam Sindacatus factum super feudis fossatum tempore nobilis militis

Grascendonii de Lovesinis de Regio olim potestatis brix. In anno curr. MCCLXXXIIII (Lib. Poteris, *c.* 415).

*(Vi si nomano le seguenti località):* porta et pons Pedrioli — porta pilarum — porta albare vel ponticelli — via nova — porta et pons s. Iohanni sive Palate.

A dicto ponte sci Ioannis versus meridie usque ad scalas q. sunt versus *Ospicium de capelariis* sive bajanini de la palata, et a scalis predictis usque ad pontem Campi bassi.

A dicto ponte campi bassi usque ad pontem seu portam sce Agathes. — a porta sce Agathes usque ad Carziam etc. etc. inter portam de Torzanis et Carziam. — a ponte de Turzani usque ad portam novam per quam itur ad scum Alexandrum. — a porta nova usque ad portam Matulfi. — a porta Matulfi usque ad aquam versus domum Reguzj. — a domo dicti Reguzj usque ad portam Torlunge. — a porta Torlunge usque ad portam sci Andree. — a porta sci Andree de civit. usque ad terminos nostros.

Quod aqua que labitur p. suprascripta funda fossati cois debeat misurari et pro com Brixie in datis factis et faciendis ut remanere debeat in comuni (*c.* 417).

1285, 1 *giugno.* Investitura de una statione sita in contr. Porte civit. Brix. (*c.* 425).

1286, 19 febbr. In Xpi nomine etc. Gen. Cons. etc. Vir nobilis dnus Iohes de Lucino potestas cois Brix. etc.

*(Si omettono più Istrumenti d'infeudazioni del comune di Brescia di quest' anno medesimo; c. 475 fino a c. 504).*

Die lune XVI sept. in ecclesia sce Marie de Urceis presentib. Restauro de Lambardis Jud. Alberto de Lavellulongo ambaxatorib. cois Brix. etc. deputatis Gheffo de Ugonib. Brixiano Togato, et Brixiano de Turbulis cois brix. in qua convocatione consilio seu arengo erant due partes et plures hominum dicti burgi etc. nomina quorum inferius. Tenor vero infrascripte fidelitatis et promiss. et sacramentum quod et quam fecerunt infrascripti homines et quilibet ipsorum de Urceis etc. suprascipto dno Iacobo iudice recipiente vice et nomine cois brix. talis est videlicet. Promitto nomine dicti cois de Urceis etc. defendere et defensare castrum, fossatum, spoldum de Urceis ad

hutilitatem et honorem cois brix. etc. et spoponderunt predicto modo et nomine predicto etc. esse adjutores cois brix. contra homines et quamlibet universitatem q. dictum castrum dicte civit. tolere voluerint etc. (*c.* 506).

1286. D. Iacobus Tadinus de Mediol. iud. etc. pro com. brix. per instr. 19 febr. 1286 etc. investivit dnum presb. Oprandum etc. de Favalibus presbiter *eccl. sci Urbani* civit. brix. feudo in Costalunga (*c.* 509).

*Si omettono parecchi Istrumenti di feudi concessi dal Comune al Tadino suddetto.*

Hec est designatio terrarum et domorum burgi et terratorj de Rudiano facta prudenti viro dno Iacopo Tadino etc. (*c.* 514 *a c.* 536). — *Nota* In porta brixiana que est a parte dicti burgi.

1286. In nom. Dni. Hec sunt locationes facte per prud. virum dnum Iacobum Rudonum civitatis Mediolani judicem Brix. etc. anno Dni MCCLXXXVI etc. de terris recuperatis per predictum dnum Iacobum etc. occupatis per diversos dominos iurisdict. Brix. (*c.* 474).

1296. Hec est inquisitio etc. sub anno MCCLXXXXVI de cavethis et juribus cavetharum et de honoribus dictarum cavetharum de Rudiano facta pro coe brix. in dicti cavethis etc. *Lungo processo con depositzioni di testimoni, ventilato per la comp. e ricognizione delle* Cavete *comunali* (*c.* 426).

Interrog. cujusmodi facta fuerunt inter com. Brix. et illos de cavethis seu illos quibus date fuerunt cavethe etc. Resp. quod audivit a patre suo et ab illis de domo sua q. ipsi qui habebant et habere debebant cavethas debebant facere cum familiis suis in Rudiano, et tenere equos ab armis, videlicet quilibet unum, et comune brix. debebat tenere pontem sub Olio et IIII turres sup. portis burghi, et quod coe brix. dedit q. habebant cavethas, malgas sue utilitatem malgarum, et de hoc die est publica vox et fama in terra de Rudiano, et jam vidit eos ibi stare cum equis et armis, et comune cogebat eos facere ibi qui testis dicit se recordari de LXX annis (*c.* 454).

Item dicit etc. . . . semper audivit esse XXXVI cavethe, et quelibet cavetha habet unum sedimen in burgo et unum in

castro, et debebat quilibet stare in Rudiano et tenere singulum bonum equum ab armis, et hec omnia dixit quia pater ejus dicebat ei q. fuit ad compreciandum dictas cavethas (Liber Poteris, *c.* 433 *tergo*).

Interrog. cujusmodi pacta fuerunt inter coe Brix. et illos de Cavethis de Rudiano R. q. audivit a patre suo et veterib. de Rudiano q. illi qui habebant cavethas erant XXXVI et quilibet habebat XXXVI pecias terre et unum sedimen in castrum et aliud in Burgo et debebant stare continue in terratorio de Rudiano et tenere singulum bonum equum ab armis, et coe Brix. similiter dedit malgas seu honorem et profictum malgarum et debebat facere pontem super Olio et turres super portis, et mercatum in Rudiano etc. (*c.* 435 *tergo*).

Comitem de Logrado (*c.* 436).

Int. R. q. audivit dicere q. coe brix. debebat tenere duas turres in castro Rudiani (*c.* 438).

Int. etc. R. q. com. Brix. debebat tenere III turres super portas castri etc. (*c.* 440). — Stratam Brixiam (*c.* 447).

Patronus de Rudiano etc. Int. R. q. bene audivit dici q. illi de cavethis debebant stare de continuo cum familia sua in terra de Rudiano, et quod antecessores sui . . . . testes dicebant ei etc. q. cavethe de Rudiano date fuerunt pro coe brix. XXXVI militib. qui stare debebant continue in terra de Rudiano cum familia sua (*c.* 464).

It. dicit q. audivit dici a quodam suo socio q. multum erat senex et erat LXX annor. q. coe brix. dedit totum Rudianum XXXVI militibus qui nominabantur cavethe qui debebant tenere unum equum pro quolibet, et coe brix. debebat tenere IIII turres in castro de Rudiano et pontem super Olio, et conservare comune de Rudiano sicut civit. Brix. seu quarter. brix. et esset sicut francum ut quadra sci Iohannis (*c.* 464 *tergo*).

Dnus Baldus de Martinengo etc. dixit q. audivit dicere q. quilibet de cavethis et quilibet cavetha debebat tenere unum equum ab armis usque ad XXX annos et in capite XXX annor. debeant esse allodium et de his dicit se vidisse testes perpetuatos etc. (*c.* 465).

Item d. Baldus de Martinengo etc. R. quod audivit dicit q. fuerunt XXXVI milites quibus dati fuerunt cavethe videlicet XXXVI cavethe et date fuerunt cuilibet XXXVI plod. terre. Interr. si tota curia de Rudiano fecit de cavethis Resp. sic, exceptam emptionem factam a monasterio de Argen. q. emptio constitit in *C lib. med.* veter. et dicit quod curia de Collis non est de cavethis nec de territorio Rudiani.

Interr. de terris s. Mariæ de Rudiano (*c.* 468).

Interr. etc. R. q. nunc non habet nec tenuit aliquid pro cavethis jam a XXX annos et plus, et *antea tempus guere cremonen. et bergam.* ipse testis tenebat unum equum etc. — (*Ibi* de terra sci Firmi — via sci Firmi etc. (*c.* 471).

*Fine del* Liber Poteris.

## CCLXVIII.

( Anno 752 — 1200 )

### Le badesse di s. Giulia.

Dal 754 al 966 ne ho pubblicata ed illustrata la serie nelle Antichità Cristiane di Brescia, parte I. La seguito qui secondo l'elenco documentato dell'Astezati.

Astezati 1.

760 Ansilperga figlia di Desiderio nob. bresciano e re dei Longobardi
781 Radoara
822 Eremberga
857 Amalberga
862 Gisla di Lodovico II
879 Ermingarda
915 Berta I, figlia di Berengario re
960 Otta I, detta nei documenti di stirpe regia
966 Berta II
1014 Rolinda I
1040 Otta II
1058 Alda I
1060 Otta III, 6 maggio
1060 Ermingarda II, 16 magg.
1063 Alda II
1081 Ermengarda III
1129 Richelda I
1129 Grazia
1133 Costantina
1143 Richelda II
1178 Cecilia
1182 Grazia II

1. P. Astezati Gian Andrea. Indice Alfabetico, Istorico, Cronologico ecc. dell'Archivio del monastero di s. Salvatore e s. Giulia di Brescia. Cod. Quir. autogr. in foglio di 1812 pagine. - p. 123 e seg.

1187 Richelda III
1190 Grazia III
1193 Elena I
1203 Belintenda
1219 Mabilia I, dei Confanonieri
1245 Tuttben (*Tuttabene*) I, dei Confanonieri
1261 Armelina I, dei Confanonieri
1297 Stefania de Rivola
1300 Rambazia de Muro

Abbiamo veduto come queste badesse lo fossero ad un tempo del monastero *di Onorio* e dei ss. mm. Cosma e Damiano.

## CCLXIX.

( An. 841 — 1222 )

### I primi dieci abbati di s. Faustino Maggiore.

Zamboni 1.

841 Leutgarius
.... Maginardus
.... Haimo
.... Baldricus
1106 Gandulfus
1123 Olricus
1132 Albertus
1187 Ioannes
1210 Redulfus
1222 Laurentius de Salis.
1247 Wilelmus
1272 Lafrancus
1297 Albertus
1310 Iovita

## CCLXX.

( An. 1010 — 1110 )

### Abbati di s. Eufemia.

Inedito 2.

Domnus Landulfus eps
Domnus Iohs abbs
Domnus Giselbertus abbs
Domnus Atto abbs
Domnus Petrus abbs
Domnus Ambrosius abbs
Domnus Reginzo abbs
Petrus Monacus etc.

1. Zamboni. Miscellanee desunte dalle Schede del Luchi. - Codice 131 della mia Raccolta, p. 209. - Il Brunati, Vita dei Ss. Bresciani, II ediz. t. I, pag. 209, non assentirebbe per altro all'ordine Zamboniano dei primi abbati, e non senza ragione.
2. Faita, *Annales Monast. S. Euphemiæ* (Ms presso l' Ospitale Maggiore - e nel mio Cod. Dipl. sec. XII - pag. 201, n. 131), il quale ci lasciò questa nota: *Ego d. Petrus de Faytis de Brixia priori s. Faustini et Iovitæ suprascriptam seriem etc. Landulphi Epi fundatoris dicti monasterii s. Eufemiæ abbatum et monachum ... ab anno* 1010 *ad an.* 1110 *circiter etc. fideliter transcripsi*, 1753.

## CCLXXI.

(An. 1080 al 1308)

### Seguito dei vescovi di Brescia.

Veggasi la serie precedente nel Cod. Dipl. parte II, t. IV delle Storie, pag. 106. Qui ci atteniamo al Gradenigo *(Brixia Sacra)*.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1080-1084 | Cono | 1195-1212 | Ioannes III |
| —— 1096? | Ioannes I | 1213 —— | Albertus |
| 1097-1098? | Ubertus | 1229-1244 | Gualla |
| 1098-1116? | Armannus | 1244-1253 | Azo da Torbiato |
| 1116-1135 | Villanus | 1253-1263 | Cavalcanus de Salis |
| 1135-1153 | Mayfredus | 1263-1264 | Ubertus Fontana |
| 1153-1173 | Raymundus | 1264-1275 | Martinus Armannus |
| 1173-1195 | Ioannes II de Flumicello | 1275-1308 | Bernardus Madius. |

Daremo più innanzi il complemento della serie dei consoli, e tutta intera quella dei podestà.

## CCLXXII.

(An. 1125)

### Arnaldo Giudice da Brescia.

Ronchetti 1.

Nominato dal Ronchetti nelle Storie Bergamasche, t. III, pag. 40, come intervenuto ad un atto ivi citato, esistente nell' Archivio Capitolare.

## CCLXXIII.

(An. 1133)

### S. Brigida.

Già parrocchia del secolo XII nella contrada della Torre dei Camignoni. V' hanno documenti dal 1133 al 1343.

In una carta del 1161 di s. Brigida si nomina la *Stratellam Regalem* presso Verziano, ed in altra del 1140 la *Furca Cani* (tutto ciò dalle Schede Zamboniane [2]): dunque non *Furca decani* come suppone il Brunati.

1. Ronchetti, Mem. della Chiesa di Bergamo. - t. III, pag. 40.
2. Zamboni, Miscell. - Cod. Dipl. 131, sec. XII della mia Raccolta - ed ivi Schede del Luchi in fine.

## CCLXXIV.

(An. 1148)

### Le proprietà della Cattedrale di Brescia.

Gradonico 1.

Bolla di Eugenio III. Noi le vedemmo nel 1175 riconfermate da papa Alessandro, del quale abbiam dato il privilegio.

## CCLXXV.

(An. 1160)

### Lettera di papa Alessandro al vesc. di Brescia.

Raderico 2.

Relativa al sinodo di Pavia, di cui veggasi il Raderico.

## CCLXXVI.

(An. 1199 — 15 luglio)

### Giuramento di lega fra le città di Bergamo e di Cremona.

Inedito 3.

In Christi nomine. Anno Domini Millesimo centesimo nonagesimo nono. Die quintodecimo mensis Iulii qui fuit quintus decimus dies exeunte ipso mense. Indictione secunda. Tale est hoc juramentum renovande et confirmande Societatis inter Cremonenses et Pergamenses.

Ego juro ad Sancta Dei Evangelia quod ego adtendam et observabo capitula et tenores et conventiones Societatis inite vel facte inter Cremonenses et Pergamenses. Eo excepto quod continebatur de fidelitate Domini Henrici Imperatoris. Sicut in omnibus et per omnia continetur in primo et antiquiori Instrumento Societatis facte inter prescriptos Cremonenses et Pergamenses. Et eo excepto quod Cremonenses non habeant spacium faciendi guerram supra Mediolanenses vel supra *Brixienses* de hac præsenti guerra quam Mediolanenses et Brixienses inceperunt supra Pergamenses nisi (*sic*) inter eos statutum est. Secundum quod continetur in Instrumento a Iohanne Val-

1. Gradonicus, *Brixia Sacra*, p. 205. lib. III. *R. I. Scriptor.* t. VI.
2. Radericus, *De Reb. Gest. Frid. I.* 3. Arch. Secr. Crem. - A, 77.

cosii notario confecto die sextodecimo intrante mense julii de induciis datis ipsis Cremonensibus si debet esse firmum et ratum quicquid in eo Instrumento continetur. Et hec omnia adtendam bona fide et sine fraude nisi remanserit parabola potestatis vel consulum omnium vel majoris partis que pro tempore fuerit vel fuerint et Credentie collecte ad campanas et per precones totius vel majoris partis scilicet Cremonensis sit in parabola potestatis vel consulum et Credentie Pergami et Pergamensis in parabola potestatis vel consulum et Credentie Cremone predicto modo. Prescriptum vero juramentum juraverunt predicto die Manfredus de Lalio et presbiter Bedischi. Beltramus et Albertus de Rivola. Giselbertus de Monticello. Federicus Colioni. Guala de Petringo. et *Barianus de Manervio* consules majores comuni Pergami. et de Cremona Bravus de Avostis. et Busus de Ghiroldis imbaxatores Cremone. qui duo juraverunt dandi operam bona fide ut potestas Cremone et cremonenses similiter jurent. Et insuper illud juramentum juraverunt homines Credentie Pergami ibi ad campanas convocate.

Actum in *Credentia Pergami.* in palacio comunis Pergami. Interfuerunt ibi testes Iohannes de Petringo. Alexander de Lalio. Albarinus et Girardus de Cereto ambo notarii et plures Carte uno tenore fieri rogate sunt.

Ego Iohannes Valcosii sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi.

## CCLXXVII.

(An. 1200 — 2 agosto)

### Atti della società fra Mantova e Cremona per la guerra con Brescia ed altre città.

Inedito 1.

In nomine domini, amen. Hoc est sacramentum et Breve Concordie et Societatis factum inter Cremonenses et Mantuanos, presentibus testibus infrascriptis.

1. Archiv. Secr. Crem. A, n. 100, 101, 104. - Campi al 1200, Storie di Cremona, che reca una parte di questi atti.

Ego juro ad sancta Dei Evangelia quod bona fide guardabo et salvabo homines Cremone et episcopatus Cremone et qui per Cremonam distringuuntur in avere et personis. in mea civitate et episcopatu et districtu et aqua. Nec in sua terra vel aqua vel aliena. nec in aliena eos studiose offendam. Et de guerra quam comune Cremone habet vel habiturum est cum *Placentia et Brixia et Mediolano et Crema vel Ferraria vel Verona* adjuvabo Cremonam meis expensis et meis perditis secundum hoc quod determinatum fuerit infra. Et de predictis guerris non faciam pacem nec treguam nec guerram recredutam absque parabola data a comuni Cremone in Credentia sonata per campanam aut in concione et hoc sine fraude. Et hoc attendam sive predicte civitates vel aliqua illarum moverint guerram adversus Cremonenses. sive Cremonenses contra predictas civitates. Et hoc attendam quotiescumque petitum fuerit per rectorem Cremone scilicet potestatem vel consules comunis vel Iusticie secundum eorum voluntatem et meam possibilitatem sine fraude. Et bona fide operam dabo ut Cremonenses habeant gratiam Serenissimi Philippi Regis. et hoc acto quod pro hoc sacramento Mantuani non sint districti contra Reginos et Ravenates. Et omni anno debent jurare Rectores utriusque civitatis hanc Concordiam et societatem firmam tenere et observare. et hanc Societatem et Concordiam tenebo usque ad viginti quinque annos. et singulis decem annis debeat renovari si requisitum fuerit per rectores. Et si aliquid additum vel diminutum fuerit vel mutatum in concordia Rectorum suprascriptarum civitatum habita cum consilio vel Credentia comunis civitatis, ita tenear observare. Et hoc totum debeam observare, salvo honore et fidelitate Imperatoris seu Imperii et Regis.

Actum est hoc in episcopatu Mantue. juxta Sanctum Venerum. Anno Dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo. Indictione tercia. Die mercurii secundo intrante Augusto.

Ibi fuerunt Albertus de Pomponesco. Azo de Ursonibus. Ubaldus de Campetello. Anzelerius de Azanello. et Offredus ejus frater. Paganus de Micaris. Philippus de Santo Georgio. Lanfrancus Biaqua. Henricus de Severio. Barozio de Burgo. et Rodulfus de Iohannisbonis rogati testes.

Ego Petrus sacri palatii notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

In nomine Domini. Amen. Hoc est Sacramentum et Breve Concordie et Societatis factum inter Mantuanos et Cremonenses, presentibus testibus infrascriptis.

Ego juro ad sancta Dei Evangelia quod bona fide guardabo et salvabo homines Mantue et episcopatus Mantue. et qui per Mantuam distringuntur in avere et personis in mea civitate et episcopatu et districtu et aqua. Nec in sua terra vel aqua vel aliena. nec in aliena eos studiose offendam. Et de guerra quam comune Mantue habet vel habiturum est cum *Verona et Ferraria vel Brixia et Mediolano. Crema. Placentia.* adjuvabo Mantuanos meis expensis et meis perditis. secundum hoc quod determinatum fuerit infra. et de predictis guerris non faciam pacem nec treguam. nec guerram recredutam absque parabola data a comuni Mantue in Credentia sonata per campanam. aut in concione. et hoc sine fraude. Et hoc attendam sive predicte civitates vel aliqua illarum moverint guerram adversus Mantuanos sive Mantuani contra predictas civitates. Et hoc attendam quotiescumque petitum fuerit per Rectores Mantue, scilicet potestatem vel consules comunis vel justicie. secundum voluntatem et meam possibilitatem sine fraude. Et bona fide operam dabo ut Mantuani habeant graciam serenissimi Philippi Regis. Et hoc acto quod pro hoc sacramento Cremonenses non sint districti contra Parmenses et Reginos et Mutinenses. nisi in his qui modo possident Mantuani vel quasi possident. in quibus tenear adjuvare Mantuanos contra omnem civitatem et gentem. et omni anno debent jurare Rectores utriusque civitatis hanc concordiam et societatem firmam tenere et observare. Et hanc Societatem et Concordiam tenebo usque ad vigintiquinque annos. et singulis deceam annis debeam renovare si requisitum fuerit per Rectores. Et si aliquid additum vel diminutum fuerit vel mutatum in concordia Rectorum suprasciptarum civitatum, habita cum Consilio vel Credentia comunis civitatis, ita tenear observare.

Et hoc totum debeam observare. Salvo honore et fidelitate Imperatoris seu Imperii et Regis.

Actum est hoc in episcopatu Mantue. juxta Sanctum Venerum. Anno Dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo. Indictione tertia. die mercurii secundo intrante augusto. Ibi fuerunt Albertus de Pompenesco. Azo de Ursonibus. Ubaldus de Campetello. Anzelerius de Azanello. Paganus de Micaris. Philippus de sancto Georgio. Lanfrancus Biaque. Enricus de Seurio. Barozius de Burgo. et Rodulfus de Iohannis Bonis. rogati testes.

Ego Petrus sacri palatii notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Eodem die et anno et indictione et loco suprascripto. et predictis testibus. præsentibus iisdem ambaxatoribus. Nec non et aliorum multorum testium presentia. Dominus Iohannes de Rivalta et dominus Raimundus de Campetello *Arcarius comunis Mantue*. et Mantuanus de Azone, Ilde *prepositus becariorum*. et dominus *Albertus de Dexenzano* consul negoziatorum. et dominus Zonta de Oldovrandis. et Albertinus de Bursario *prepositus piscatorum*. et dominus Vicecomes judex. et dominus Bonacosa de Riva. et Boxelinus de Grosolanis. et dominus Ventura judex. et dominus advocatus de Mantua. et Manfredinus *prepositus caligariorum*. et dominus Maroldus de Artoldo et Rubaldus de Campetello. et Anzelerius Roffredus de Azanello. et Bernardus de Malservitio. et Petrus de Grogonzola notarius comunis Mantue. et omnes una juraverunt ad sancta Dei Evangelia suprascripto modo attendere et observare per se ut in Brevi Concordie facte inter Cremonenses et Mantuanos in odierna die juxta prefatum locum sancti Veneri continetur. et super ipso Brevi. et quod bona fide et sine fraude dabunt operam ut comune sue civitatis Mantue et omnes homines ipsius civitatis a septuaginta annis infra et a quindecim supra faciant hoc sacramentum usque ad annum novum proximum venientem de ipsa concordia manutenenda. et suprascripto modo debeant attendere et observare.

Ego Petrus sacri palatii notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

## CCLXXVIII.

(An. 1206 — 6 ottobre)

### La lega di Cremona, Bergamo, Brescia e Parma.

Inedito 1.

Rinvenutosi per la diligenza del bravo cremonese Ippolito Cereda in un Codice pergam. di documenti municipali un altro esemplare completo dell' atto che noi non abbiam potuto recare intero al n. CCXXX, pag. 34 del tomo antecedente, pubblichiamo or qui la parte inedita col brano consecutivo incompleto nell' edizione che per noi fu data, compiendosi per questo modo un atto importantissimo relativo alle Società dei Municipj lombardi che il Muratori, il Du-Mond, il Lunig non hanno completamente investigate.

Anno dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo sexto. Indictione decima. die sabbati sexto intrante octobre. In pallatio comunis Brixie in credentia ipsius civitatis sonata et colecta ad campanam. Presentia domini Iacopi de Bernardo potestatis Cremone. et qui recepit omnia infrascripta pro comuni Cremone. et nomine et vice comunis Cremone. nec non et presentia domini Oldefredi de Ardengis. et domini Oddonis de Comite. et domini Guberti de Multisdenariis. et domini Oddonis de Medolato. et domini Nigri Mariani. et domini Omneboni de Orsolario. et domini Lanfranci Olduini. et domini Pagani de Burgo. et domini Lodohisi Biacque. et domini Frogerii Botacii ambaxatorum comunis Cremone. Et presentia Arienti de Bononia. et Bondinarii de Mantua.

Hoc est sacramentum Societatis quod fecerunt *Brixienses et comune Brixie* Cremonensibus et comune Cremone. Ego juro ad sancta Dei Evangelia. quod bona fide et sine fraude veniam et adjuvabo Cremonenses et eorum comune quotiescumque petitum fuerit per Rectores Cremone aut per eorum nuntium vel per suas litteras sigillatas cum militibus et peditibus et arcatoribus et balesteriis. et cum tota fortia civitatis et episcopatus et districtus Brixie recuperare manutenere defendere habere et tenere quiete omnes terras et loca que sunt citra Aduam. quas Cremonenses habuerunt vel tenuerunt aliquo tempore. et que tenentur vel imbrigantur aliquo modo ab

1. Arch. Secr. del Com. di Cremona - Cod. pergam. A, n. 73.

aliqua persona loco vel locis civitate vel civibus Cremonensibus vel comuni eorum. Et specialiter Rivoltam siccam. Caxeratum. Caravazium. Arzagum. Brugnanum. Vidalengum. Maxanum. Camixanum. Morengum. Fornovum. Barrianum. Mozanegam. Mixanum. Agnatellum. Pallatinum. Calvenzanum. Vailatum. et *Cremam* et totam *Insulam Fulcherii*. et omnes alias que citra Aduam sunt nominate cum omnibus suis personis et omni onere et omnibus jurisdictionibus. Et hec contra omnem gentem et omnem personam et omnem civitatem et locum meis propriis expensis et perditis. Et moram ibi faciam donec fuerit voluntas Rectorum Cremone qui sunt vel pro tempore erunt ipsis Cremonensibus ibi morantibus. Ego bona fide vetabo per totam meam virtutem stratam succursum et mercatum omnibus inimicis Cremone personis seu locis vel terris. de quibus nuntiatum fuerit a rectoribus Cremone vel eorum nuntio vel suis litteris sigillatis rectori vel rectoribus Brixie neque per meam virtutem et districtum permittam ire vel transire in eorum offensionem aliquam personam. nec fraude evitabo q. predicta omnia et quodlibet eorum requirantur et requiri possint. Et si Brixienses in aliquo conflictu vel prelio vel alibi caperent aliquem vel aliquos de inimicis Cremone, Ego illum vel illos dabo omnes Comuni et potestati et rectoribus Cremone qui nunc sunt vel pro tempore erunt ad eorum voluntatem infra octo dies ex quo petitum fuerit per rectores Cremone vel per eorum nuntios vel suis litteris sigillatis. Salvo cambio sine fraude pro eis qui essent capti de meis. Et hec omnia attendam et observabo usque ad nonum diem intrante decembre proximo et ab illo die usque ad decem et novem annos completos. hoc acto quod omni anno et tempore potestas seu Consules comunis Brixie qui nunc sunt vel pro tempore erunt debent jurare hec omnia et facere jurare Consules vel potestates comunis Brixie qui pro tempore erunt ante eorum exitum hec omnia attendere et observare. et singulis quinquienniis hec sacramenta debent renovari et fieri. et hoc infra unum mensem ex quo requisitum fuerit per rectores Cremone vel eorum nuntium. Et in constituto comunis civitatis Brixie ponent hec omnia debere observari fieri et jurari ab omnibus hominibus civitatis

et districtus Brixie a quindecim annis supra et a septuaginta annis infra. nec de ipso constituto debeant aliquo tempore infra predictum tempus. Et hec omnia observabo salvis sacramentis concordie Pergamensium. Papiensium. et Parmensium. et salvis sacramentis factis comitibus Curtisnove de facto Curtisnovè. Et hec sacramenta salventur eo intellectu. quod quando Cremonenses ut dictum est peterent Brixiensibus ut pro predictis terris recuperandis et manutenendis irent adversus servitium qd non debeant obesse huic concordie et sacramento. si Pergamenses aut Papienses aut Parmenses aut comites Curtisnove ea vice dicerent quod Brixienses non irent ad servitium Cremonensium. vel quod vellent eos ad aliam partem ducere pro suo servitio faciendo, hoc acto si Papienses et Pergamenses steterint ad societatem Cremone et Brixie et amore (*sic*) quod sint expecta et salvata eorum sacramenta ut supra. Alioquin non sint excepta. Et si aliquid fuerit additum vel minutum seu mutatum in concordia rectorum et consiliorum sonatorum ad campanam Cremone scilicet et Brixie illud attendam et observabo. nec aliter aliquid addi vel minui vel mutari possit absque comuni consilio ipsarum civitatum ad campanam sonato.

Ibique dominus Albertus etc. *come a pag.* 55, *lin.* 28, *t. VII delle Storie.*

## CCLXXIX.

(An. 1208 — 5 Giugno)

### Lega fra gli Estensi, Ferrara e Cremona.

Muratori 1.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi Millesimo ducentesimo octavo. Indictione undecima. die quinto intrante junio. In civitate Mantue, etc. *come nell'edizione muratoriana.*

Et si acciderit quod Mediolanenses pro comuni vel diviso per se vel cum alio venirent in episcopatu seu districtu Brixie cum exercitu quod dicti Ferrarienses et Marchio teneantur sucurrere milites Brixie qui facient dictum sacramentum. Et si quid

1. Muratori, Antichità Estensi ed Italiane, parte I, pag. 387. - Esiste l'autografo nell'Archivio Secreto di Cremona, Codice A, n. 86. Benchè già ricordato al n. CCXLV, pag. 47, crediamo ben fatto riportare il frammento relativo al nostro Comune.

additum vel mutatum vel diminutum fuerit a rectoribus dictarum civitatum qui pro tempore fuerint et a Marchione in concordia voluntate et consilio ipsarum civitatum pulsato ad campanam de addito teneantur. de diminuto sint absoluti. Ibique dictus Marchio potestas Ferrarie juravit ad sancta Dei Evangelia pro communi Ferrarie attendere et observare ut in dicta carta continetur et quod faciet omnes homines Ferrarie jurare ita attendere et observare ut dictum est.

Actum fuit hoc coram domino Asavito Sancti Nazarii potestate Cremone et domino Ysacco de Dovaria et domino Guberto Multidenarii. et domino Poncio Pizeno et domino Poncio Amato et comite *Narixio* et comite Bonifacio Sancti Martini et Goperto de Forlio et domino Iohannebono de Surdo. et domino Iohanne Frixono testibus rogatis. — Ego Oldefredus notarius sacri palatii interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

## CCLXXX.

(An. 1208 — 5 giugno)

### Lega delle città di Cremona e di Verona cogli Este e coi S. Bonifaci.

Inedito 1.

Anno ab incarn. D. N. Iesu Cristi MCCVIII, Ind. XI, die V intrante Iunio. In civitate Mantue. Concordium et Societas factum et facta inter Cremonenses et Veronenses et marchionem Azonem de Hest et comitem Bonifacium cum illis de sua parte Verone et comune Verone tale est. Videlicet quod dicti Veronenses et marchio Azo de Hest et comes Bonifacius cum illis de sua parte Verone et comune Verone debent guardare et salvare atque defendere et manutenere per totam eorum terram et aquam in eorum episcopatu et districtu. in eundo stando et redeundo omnes homines Cremone et episcopatus seu districtus ejus in avere et personis et rebus. Et quod debent ipsos Cremonenses adjuvare et manutenere et defendere et recuperare totam eorum terram et districtum seu episcopatum et totam illam terram quam tenent et habent contra

1. Archivio Secreto del comune di Cremona. Cod. perg. A, n. 87, i cui documenti per sapiente risoluzione del Municipio vannosi trascrivendo a illustrazione della storia italiana. Il difficile incarico è affidato al peritissimo sig. Cereta.

omnem gentem et personam seu personas et omnem civitatem et civitates et locum et locos et specialiter Cremam et totam *Insulam Fulcherii*. et omnes terras que sunt citra Aduam quas Cremonenses habuerunt vel tenuerunt aliquo tempore et que tenentur et inbrigantur aliquo modo ab aliqua persona loco vel locis civitate vel civitatibus Cremon. vel communi eorum. Nec dictos Cremonenses per se vel per alium in eorum terra vel aqua offendent in avere vel in personis. Et semel omni anno ibunt in servitio communis Cremone cum *carozolo* et cum omnibus suis militibus et peditibus civitatis et episcopatus et cum tota eorum fortia. et bis in anno cum omnibus militibus et archatoribus civitatis et episcopatus stando in eorum servitio omnibus suis expensis et perditis per quindecim dies postquam juncti fuerint ad exercitum Cremon. nec' interim recedent absque parabola rectoris vel rectorum Cremone qui pro tempore fuerint data in Credentia communiter coadhunata vel in concione sine fraude. et transactis dictis quindecim diebus si Cremonenses voluerint expensas et dampna et perditas reficere Veronen. quod teneantur Veronenses stare per alios quindecim dies nec interim recedent absque parabola data ut dictum est. Et hoc facient et attendent quoties eis petitum fuerit per rectorem vel rectores Cremone vel per consules justitie vel per litteras sigillo communis Cremone sigillatas. Nec fraude evitabunt Veronenses et marchio et comes et sua pars quando eis peti possit et post petitionem vel amonitionem eis factam movebunt infra quindecim dies cum carozolo et cum militibus et peditibus civitatis et episcopatus et cum militibus et archatoribus tamen infra decem dies et postquam venerint citius quam poterint ad exercitum Cremon. ibunt. et omnibus inimicis Cremone vetabunt stratam succursum et omnem negotiationem per eorum terram et districtum quibus Cremon. voluerint postquam a Cremonensibus denunciatum fuerit videlicet a communi Cremone per ejus nuncium vel litteras infra octo dies. Nec ire amplius permittent absque eorum parabola. Item si predicti cum fuerint in servitio Cremone caperent aliquem vel aliquos de inimicis Cremone, omnes dabunt et designabunt communi Cremone infra octo dies postquam capti

fuerint salvo cambio si de suis fuerint capti. Et hec omnia attendent et observabunt bona fide et sine fraude usque ad annum novum et ab anno novo usque ad viginti quinque annos completos. hoc acto quod omni anno potestas vel consul predicte civitatis debeat jurare hec omnia predicta attendere et observare et in statuto dicte civitatis Verone debeat poni et quod facient jurare potestates et consules qui pro tempore erunt, ita attendere et observare ante eorum exitum. et omnes de eorum civitate Verone et districtu a quindecim annis supra et a septuaginta infra facient jurare omnia predicta attendere et observare ad terminum inter potestates locatum, et singulis quinquenniis sacramenta debeant renovari infra unum mensem postquam a communi Cremone vel ab ejus nuncio nunciatum fuerit. et quod bona fide amplificabunt societatem dictam cum voluntate Cremone Eo salvo si Veronenses et marchio de Hest et comes Bonifacius cum illis de sua parte Veron. vellent facere concordium cum Monteclis et sua parte quod facere possint dum tamen jurent sacramentum predicte civitatis Cremone coram nuncio communis Cremone et aliter non possint cum eis concordare, et si accideret quod per concordiam Montecli vel sua pars ad discordiam cum communi Cremone venirent vel contra ipsum commune facerent, quod dicti Veronenses et marchio et comes Bonifacius per dictum sacramentum teneantur adjuvare commune Cremone contra ipsos Monteclos et eorum partem. et hoc omnia attendent salvo honore Imperii. et salvis sacramentis factis communi Mantue et communi Ferrarie et communi Vinzencie et communi Tarvisii et *Venetie et Tridentinis et militum qui exierunt de Brixia* quos intelligimus esse commune Brixie. et si acciderit quod Mediolanenses pro comuni vel divisio per se vel cum alio venirent in episcopatu seu districtu Brixie cum exercitu quod dicti Veronenses et marchio et comes teneantur succurrere milites Brixie qui facient dictum sacramentum. Et si quid additum vel mutatum vel diminutum fuerit a rectoribus dictarum civitatum qui pro tempore fuerint et a marchione et comite in concordia voluntate et consilio ipsarum civitatum pulsato ad campanam de addito teneantur. de diminuto sint absoluti. Ibique dictus

marchio potestas Verone pro communi Verone juravit ad sancta Dei evangelia attendere et observare in omnibus et per omnia ut in dicta carta continetur. et quod faciet omnes homines Verone ut dictum est ita attendere et observare. Item juraverunt de civitate Verone in eadem carta ut dictum est attendere et observare Petrus Iudex de Scala. Iohannes de Pallacio. Albertus Angoxa. Tebaldinus de Bonifacio. Iohannes de Inganamajore. Pizolinus de Musto. Girardus de Mozanbano. Marchabrunus atque Naravazius.

Actum fuit hoc coram domino Asavito Sancti Nazarii potestate Cremone et comite Narixio et comite Bonifacio Sancti Martini et domino Ysacco de Dovaria et Goperto de Forlio et domino Guperto Multidenarii etc.

## CCLXXXI.

(An. 1212 — 4 agosto, 8 settembre)

### La concordia tra Pavia, Cremona, Brescia ed altre città.

Inedito 1.

Anno Domini. Millesimo ducentesimo duodecimo. Indictione quinta decima. die quarto exeunte Augusto. In pallatio comunis Verone. In conscilio sonato ad campanam. Coram domino Leonardo de Capellino consule comunis Cremone. hec omnia recipientes nomine et vice comunis Cremone. juraverunt omnes infrascripti attendere ut continetur in carta concordii et societatis noviter facta inter Papiam et Cremonam et Veronam et Brixiam et Ferrariam et marchionem Azonem de Hest et comitem Sancti Bonifacii ab Oldefredo notario. Videlicet Cavalcasella de Int insulo. Raimondinus da Sermusto. Morbius de Porzetto. Torellus domine Venetice. Albericus de Zucco. Grecus de Fatino. Iohannes de Clavica. Albertus de Arcole. Pecorarius de Mercatonovo. Damaxinus Delai judex. Arduinus de Misa. etc. etc. Guazettns de Braida. Aimericus de Vicecomitibus. Emanuel de Lendenaria. Daniel de Nazario. Bonincontrus de Henricus de Algo. Philippus de Carzere. Zanporcus Bonaventura

1. Arch. Secr. di Cremona. - Cod. perg. A, n. 83.

de Clariono. Tebaldus de bblatis. Ionas notarius. Fancolinus notarius. Poccolinus. Inucius notarius. Carnaxale Preco. Redulfus de Lendenaria. Martinus notarius.

Ibi fuerunt testes rogati. Guido Buticella. Bernardus Confanonerius de Papia. Nuvolonus de Burgo. Iohannes Bonus de Surdo et Lantelmus Pistoris.

## CCLXXXII.

( An. 1212 — 8 settembre )

### La riconferma della Società.

Inedito 1.

Anno Domini Millesimo ducentesimo duodecimo. Indictione quintadecima. die sabati octavo mensis septembris. In Pallatio comunis Papie. in pleno consilio sonato et coadhunato ad campanam. Coram domino Bellengerio Mastalio consule comunis Cremone hec omnia recipiente nomine et vice comunis Cremone. Nec non presencia domini Ysachi de Dovaria et domini Alberti Struxii. et domini Caxe de Fabris ambaxatorum comunis Cremone et testium rogatorum.

Omnes infrascripti juraverunt societatem et concordiam noviter factam inter Papiam Cremonam Veronam Brixiam Ferrariam et marchionem Astensem et comitem Sancti Bonifacii attendere et observare et facere sicuti continetur in Instrumentis ob hoc factis ab Oldefredo notario.

Primo juraverunt domini Manfredus Struxius et Iohannes Bonserius vicarii domini Iohannis Struxii potestatis Papie. postea omnes infrascripti. scilicet Bernardus Isenbardus. Roffinus Zorzius. Bertoldus Buticella. Ottonus Lottorengus. Rubaldus de Campise. Ospinellus Saginbene. Gualterius Cristianus. Otto Canis. Ardengus de Campise. Petrus Gabbus. Villanus de Beccaria. Torellus Sclafenatus. Henricus Carcasius. Fredericus Sclafenatus. Otto de Caneva nova. Vinziguerra Sallamonus. Iohannes Panza de peco. Rainaldus Iordanus. Passaguerra de Ardenghis (*omessa una serie lunghissima di nomi*). Iohannes Vilanus. Petrus de Guicacco. Iohannes Tignosus, Fredericus de Veglevano. Armannus Trezus. Guasconus. Cabutellus. Bajamons Isenbardus. Montenarius de Serra. atque Appolanaris de Sancta Agatha.

1. Arch. Secr. di Cremona - Cod. perg. A, n. 85.

## CCLXXXIII.

( An. 1212 — 25 agosto )

### La concordia di parecchie città.

Muratori 1.

Anno Domini Millesimo ducentesimo duodecimo. Indictione quintadecima. die sabati octavo Kal. septembris. In pallatio comunis Verone.

